

# TRACTATUS SECUNDUS DE BAPTISMO ET CONFIRMATIONE

## CAPUT I.

### De Baptismo.

95. *Quomodo distinguitur Baptismus.* — 96. *De Baptismo fluminis.* — 97. *De Baptismo sanguinis.* — 98. *An, ut martyrium remittat culpam, requiratur in peccatore contritio vel caritas.* — 99. *Quando martyrium gratiam conferat.* — 100. *An sint martyres qui moriuntur in obsequio peste infectorum.* — 101. *An liceat se offerre ad martyrium. Vel se prodere catholicum per abstinentiam a carnibus.*

Baptismus,  
quid.

95. - « Non agitur hic de Baptismo « sanguinis, id est martyrio; nec de fluminis seu spiritus, id est contritione « cum voto Baptismi vel desiderio: quia « non sunt sacramenta; — sed de Baptismo fluminis, qui definitur: *Ablutio corporis exterior, facta sub praescripta « forma verborum* ».

Quotuplex.

Baptismus igitur ex voce graeca quae significat ablutionem sive immersionem in aquam, distinguitur in Baptismus fluminis, fluminis et sanguinis. — Infra dicemus de Baptismo fluminis; qui valde probabiliter cum S. Thoma<sup>1</sup>, Salmant.<sup>2</sup>, Magistro Sententiarum, Soto, Vasquez, etc., fuit institutus ante Passionem Christi Domini, tempore quo Christus baptizatus est a Joanne.

Baptismus  
fluminis,  
ante Passio-  
nem insti-  
tutus.

Baptismus  
fluminis.

96. - Baptismus autem fluminis est perfecta conversio ad Deum per contritionem vel amorem Dei super omnia cum voto explicito vel implicito veri Baptismi fluminis: cujus vicem supplet, juxta Tri-

dentinum<sup>a)</sup>, quoad culpae remissionem, non autem quoad characterem imprimendum, nec quoad tollendum omnem reatum poenae. Dicitur fluminis, quia fit per impulsus Spiritus Sancti, qui flamen nuncupatur. — Ita Viva<sup>3</sup>, Salmant.<sup>4</sup> cum Suarez, Vasquez, Valentia; Croix<sup>5</sup> et alii.

De fide autem est per baptismum fluminis homines etiam salvari: ex cap. *Apostolicam, de presb. non bapt.*; et Tridentino<sup>6</sup>, ubi dicitur neminem salvari posse sine lavacro regenerationis aut ejus voto. — Vide Petrocorensensem<sup>7</sup>.

97. - Baptismus vero sanguinis est sanguinis effusio, seu mors tolerata pro fide aut pro alia virtute christiana; ut docet S. Thomas<sup>8</sup>, Viva<sup>9</sup>; Croix<sup>10</sup> cum Aversa, Gobat, etc. — Hic autem baptismus aequiparatur vero Baptismo; quia quasi ex opere operato ad instar Baptismi remittit culpam et poenam. Dicitur quasi; quia martyrium non ita stricte operatur sicut sacramenta, sed ex quodam privi-

Baptismus  
sanguinis.

<sup>1</sup> 3 P., qu. 66, art. 2. — <sup>2</sup> Tr. 2, cap. 1, num. 24 et seqq. — *Magister Sent.*, lib. 4, dist. 3, de Institut. Baptismi. — Soto, in 4, dist. 3, qu. unic., art. 2, concl. 1. — Vasq., disp. 140, cap. 3, n. 15; et cap. 6, n. 35. — <sup>3</sup> De Baptism., qu. 2, art. 1, n. 2. — <sup>4</sup> Tr. 2, cap. 1, num. 2. — <sup>5</sup> Suar., disp. 22, sect. 1, num. 6. v. *Tandem*. — Vasq.,

disp. 146, cap. 4, art. 11. — *Valent.*, in 3 P., disp. 4, qu. 3, punct. 4. — <sup>6</sup> Lib. 6, part. 1, num. 244. — <sup>7</sup> Sess. 6, de Justific., cap. 4. — <sup>8</sup> De Bapt., cap. 2, qu. 6. — <sup>9</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 124, art. 5. — <sup>10</sup> De Bapt., qu. 2, art. 1, n. 2. — <sup>11</sup> Lib. 6, part. 1, n. 232. — *Aversa*, de Bapt., qu. 70, sect. 6, v. *Secundo*. — *Gobat*, tr. 2, n. 603 et seqq.

96. - <sup>a)</sup> Trident., sess. 14, de Poenit., cap. 4, haec docet: « Etsi contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc

sacramentum [Poenitentiae] actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine sacramenti voto quod in illa includitur, non esse adscribendam ».

legio, ratione imitationis Passionis Christi; ut dicunt Bellarminus, Suarez, Sotus, Cajetanus<sup>a)</sup>, etc., apud Croix<sup>1)</sup>; et fuse Petrocorensis<sup>2)</sup>.

Ideo martyrium prodest etiam infantibus, dum Ecclesia Sanctos Innocentes prout veros martyres colit. Hinc bene docet Suarez cum aliis, apud Croix<sup>3)</sup>, oppositum esse saltem temerarium. — In adultis autem requiritur acceptatio martyrii, saltem habitualiter, ex motivo supernaturali; ut Coninck, Cajetanus, Suarez, Bonacina et Croix<sup>4)</sup>; contra Viva<sup>5)</sup>, qui nullam requirit acceptationem.

Patet autem martyrium non esse sacramentum; quia martyrium non est actio instituta a Christo. Et ideo nec etiam fuit sacramentum baptismus Joannis, qui non sanctificabat hominem, sed tantum prae-parabat ad Christi adventum. — Viva<sup>6)</sup>.

98. - Quaeritur tamen hic 1<sup>o</sup>. *An, ut martyrium remittat culpam et poenam, requiratur in peccatore contritio, vel dilectio Dei super omnia; an sufficiat attritio?* — Certum est ad remissionem culpae aliquam poenitentiam requiri: ex Tridentino<sup>7)</sup>.

Ad quaesitum autem respondent Wiggandt<sup>8)</sup>, Concina<sup>9)</sup>, Viva<sup>10)</sup>, cum Bellarmino, Cajetano<sup>a)</sup>, Palao, Lessio, etc., apud Croix<sup>11)</sup>, attritionem satis esse ad martyrium, sicut satis est ad Baptismum. Hoc enim privilegium, dicunt, martyrium obti-

nere ex privilegio, ut diximus, ob imitationem Passionis Christi.

Probabilius tamen est quod requiratur contritio vel dilectio Dei supra omnia; ut docent S. Bonaventura, Scotus, Canus, Laymann, etc., apud Croix, et Petrocorensis<sup>12)</sup>; ex S. Thoma<sup>13)</sup>, ubi dicit: *Effusio sanguinis non habet rationem Baptismi, si sit sine caritate*. Et probatur ex Apostolo I. Cor. XIII, 3: *Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest*. Neque martyrium subire importat semper caritatem perfectam habere; nam posset quis velle potius mori quam peccatum novum committere, propter metum inferni. — Caeterum, ipsi adversarii advertunt, necessarium semper esse ut peccator ante martyrium conetur ad contritionem vel confessionem, ne periculo damnationis exponatur.

99. - Quaeritur 2<sup>o</sup>. *Quandonam martyrium gratiam conferat, an in instanti mortis, aut vulneris lethalis?*

Probabile est cum Suarez, Bonacina, Dicastillo, etc., cum Viva<sup>14)</sup>, conferre gratiam quando martyr accipit lethale vulnus aut cruciatum, licet postea miraculose non moriatur. Et ita vere martyr fuit B. Joannes in dolium ferventis olei immisus; et Regina martyr, B. Virgo Maria, stans juxta crucem Jesu. — Ratio, quia tunc jam in causa mors accipitur.

*Bellarmin., de Bapt., cap. 6, propos. 1. - Suar., disp. 29, sect. 1, v. Dicendum 2. - Sotus, in 4, dist. 3, qu. unic., art. 11, concl. 4. - Lib. 6, part. 1, n. 238. - De Bapt., cap. 2, qu. 3. - Suar., loc. cit., n. 5, v. Denique. - Loc. cit., n. 237. - Coninck, qu. 66, n. 136. - Cajetan., in 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 124, art. 2, v. f. - Suar., disp. 29, sect. 2, n. 3. (Non citatur a Croix pro hoc asserto). - Bonac., disp. 2, de Bapt., qu. 1, punct. 1, n. 6. - Loc. cit., n. 231. - De Bapt., qu. 2, art. 1, n. 5. - Loc. cit., n. 3. - Sess. 14, de Poenit., cap. 1. - Tr. 11, exam. 5, num. 73. - De Bapt., cap. 8, num. 10 et 12. - Loc. cit., num. 4. -*

nullo commentario illustravit), loquitur de imitatione Passionis Christi.

98. - *a)* Cajetanus potius videtur tenere contrariam sententiam, quam S. Alphonsus probabilior existimat: « Posset... quis (ita Cajetanus in 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 124, art. 2, i. f.) in peccato mortali existens ex improvise dormiens occidi, quia christianus; tunc enim, quia martyrio adulti ratio generis moralium actuum scilicet voluntarium deest, martyrium non est proprie loquendo; et ideo, regulariter

Morientes in obsequio peste infectorum martyres.

100. - Not. I<sup>o</sup>. De illis qui in obsequio pestiferorum ex caritate moriuntur, dicit Martyrologium Romanum<sup>1)</sup>: *Quos velut martyres religiosa... fides venerari consuevit*. Et veros martyres esse tenent duodecim academiae, tredecim cardinales, et plusquam trecenti auctores, contra Hurtadum et alios. — Vide Croix<sup>2)</sup>.

Quaerere martyrium temere, illicitum.

101. - Not. II<sup>o</sup>. Illicitum est, sine divino instinctu vel sine periculo scandalii, temere se ingerere in martyrium; ut communiter docent S. Thomas, Navarrus, Sanchez,

Dicastillus, etc., cum Croix<sup>3)</sup>. Tum quia haec esset quaedam tentatio Dei; tum quia homo non est dominus vitae suae. Vide dicta Lib. III, n. 32.

Hinc dicit Laymann<sup>4)</sup>, et Gobat apud Croix<sup>5)</sup>, quod peccaret qui die veneris, a carnibus abstinendo, manifestaret se catholicum cum periculo vitae. Quia eo casu cessat praeceptum ecclesiasticum abstinendi a carnibus, et urget praeceptum naturale, quod est potius, servandi propriam vitam.

## DUBIUM I.

### Quae sit Materia Baptismi.

102. *Quae sit materia remota Baptismi. (Vide Resolutiones apud Busenbaum).* — 103. 1<sup>o</sup>. *Quae sit materia certe valida. 2<sup>o</sup>. Quae certe invalida. 3<sup>o</sup>. Quae dubia. An in necessitate liceat ibi uti opinione etiam tenuiter probabili.* — 104. *Dub. 1<sup>o</sup>. An sit materia apta aqua per artem chemicam educta. - Dub. 2<sup>o</sup>. An saliva, sudor aut lacrymae. - Dub. 3<sup>o</sup>. An aqua fluens ex vite. - Dub. 4<sup>o</sup>. An nix non soluta.* — 105. *Quae sit materia proxima Baptismi. (Vide Resolutiones apud Busenbaum).* — 106. *Qu. 1<sup>o</sup>. An valeat Baptismus, si quis projiciat puerum in flumen. Quid, si baptizet cum aqua defluente ex tecto. An liceat in necessitate projicere puerum in flumen ut baptizetur. An autem cum aqua nociva baptizare. - 107. Qu. 2<sup>o</sup>. In infans in necessitate possit baptizari in utero matris. Quid, si baptizetur puer tantum in capite egresso ex utero. - Qu. 3<sup>o</sup>. An valeat Baptismus, si aqua attingat tantum vestes aut capillos. - Qu. 4<sup>o</sup>. An valeat Baptismus collatus in scapulis vel pectore. - Qu. 5<sup>o</sup>. An requiratur trina ablutio. - Qu. 6<sup>o</sup>. An sufficiat ad Baptismum una vel altera aquae gutta.*

Materia remota licita et valida.

102. - « Resp. I<sup>o</sup>. *Materia remota licita* est aqua consecrata, si haberi potest. — « *Valida* est omnis et sola aqua elementaris, quae morali hominum aestimatione sit naturalis et usualis: qualis est putei, maris, paludis, pluviae, etc., item resoluta ex nive, grandine, glacie; licet accidentaliter quoad colorem, saporem et odorem alterata sit, ut aqua sulphurea, lixivium, jusculum ita tenuiter carne decoctum, aut aqua alteri corpori ita modice admixta, ut usum communem et aestimationem aquae retineat.

« Ratio responsionis est ex Joan. III: « *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, etc.* —

« Quam S. Thomas confirmat triplici congruentia: 1<sup>o</sup>. Est maxima commoditas aquae. 2<sup>o</sup>. Ejus facillimus usus. 3<sup>o</sup>. Aptitudo ad significandum effectum, qui est emundatio a peccato.

« Unde resolves:

« 1<sup>o</sup>. *Inepta materia* Baptismi est saliva, lotium, lacrymae, sudor, cerevisia. « Item, aqua sic permixta, ut non amplius sit apta ablutioni, nec vocetur aqua, v. gr. lutum, brodium, vinum lymphatum. « Item, aquae artificiales ex rosis, herbis succisque expressae. Denique nix, grandis, glacies non resoluta. — Ratio, quia « morali hominum aestimatione non cen-

Materia inepta.

<sup>1)</sup> Die 28 Februar. — Thom. Hurtad., Resolut. de vero Martyrio fidei, tr. 3, init.; et resol. 21, § 2. — <sup>2)</sup> Lib. 6, part. 1, n. 236. — S. Thom., 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 124, art. 1, ad 3. — Navarr., Man., cap. 11, num. 40. — Sanchez., Decal.,

lib. 2, cap. 34, n. 15. — Dicast., tr. 2, de Bapt., disp. 3, pub. 3, n. 57. — <sup>3)</sup> Loc. cit., n. 241. — <sup>4)</sup> Lib. 3, tr. 8, part. 3, cap. 1, n. 6. — Gobat, tr. 2, num. 630. — <sup>5)</sup> Lib. 6, part. 1, num. 241. — S. Thom., 3<sup>a</sup> P., qu. 66, art. 3 (ita fere).

loquendo, ille sic occisus non esset salvus... ex priori negligentia, quia ivit dormitum sine contritione. Si hoc namque fecisset, martyrium

effectum suum habere in dormiente contrito non minus est credendum quam in innocentibus ».

Non est sacramentum.

Ad remissionem culpae requiritur poenitentia.

In martyrio, juxta alios, satis est attritio.

« sentur aqua naturalis et usualis. — Laymann<sup>1</sup>, Bonacina<sup>2</sup>.

« 2<sup>o</sup>. Quia de quibusdam tum ex dictis « tum aliis dubium est, v. gr. de jusculo « et cerevisia valde tenui, lixivio (et secundum Granado<sup>a</sup>), aqua rosacea); hinc in « necessitate licet illis uti, etsi postea Baptismus sub conditione sit repetendus. « — Vide Escobar, Laymann<sup>3</sup>, Bonacina<sup>4</sup>.  
« 3<sup>o</sup>. Uti aqua impura, vel non consecrata, cum alia haberi potest, est grave peccatum, ob sacramenti irreverentiam. « Bonacina<sup>b</sup>), Diana<sup>b</sup>) et alii quinque. — « Licet Granado<sup>c</sup>) et Quintanadvenas putent non esse mortale uti non benedicta ».

Generice loquendo, omissio aquae benedictae est mortale; ut dicunt [Contin.] Tournely<sup>5</sup>; Roncaglia<sup>6</sup> cum Gabriele<sup>d</sup>) et Diana; ac Salmant.<sup>7</sup> cum Coninck, Bonacina et Palao, ex *Clement. unica de bapt. e*): contra aliquos. — In Baptismo autem privato, dicit Croix<sup>8</sup> cum Pasqualigo<sup>f</sup>), Gobat et Quintanadvenas, non re-

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 3, num. 1. — <sup>2</sup> Disp. 2, de Bapt., qu. 2, punct. 3. — *Escob.*, tr. 7, exam. 2, cap. 4, num. 39. — <sup>3</sup> Loc. cit., v. *Moment tamen*. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 9 et 10. — *Quintanad.*, tr. 1, singul. 22, n. 2. — <sup>5</sup> De Bapt., cap. 3, art. 1, i. f. — <sup>6</sup> Tr. 17, de Bapt. et Confirm., cap. 2, qu. 2. — *Diana*, part. 9, tr. 6, resol. 33 (cfr. Coord. tom. 1,

102. — <sup>a</sup>) Granado, quidquid dicat Busenbaum, non admittit aquam rosaceam esse materiam dubiam; scribit enim in *3 P., contr. 4, de Bapt., tr. 1, disp. 3, n. 2*: « Vinum, lac, aqua artificialis, ut rosacea, lacrimae, sudor, saliva, non sunt materia sufficiens ad Baptismum, quia non sunt aqua naturalis ».

<sup>b</sup>) Bonacina, *loc. cit.*, n. 7 et 8, mortale esse ait uti aqua foeda aut impura; illicitum esse uti aqua non consecrata. Sed videtur de utraque idem sentire: « Non esse licitum ministro, inquit, non solum uti aqua alterata et foeda, verum neque licitum esse seclusa justa necessitate adhibere quamlibet aquam naturalem...; sed illam aquam adhibendam esse, quae praescribitur ab Ecclesia ». — *Diana, part. 9, tr. 6, resol. 33*, de aqua non benedicta loquitur.

<sup>c</sup>) Granado, *loc. cit.*, tr. 2, disp. 1, n. 5, id satis innuere videtur; dum enim peccata mortalitatem recenset quae in Baptismi administratione committi possunt, casum hunc praetermittit; quin etiam leve peccatum esse ait, si quid exigui momenti ex materia detrahatur.

<sup>d</sup>) Gabriel a S. Vincentio, *de Bapt., disp. 1, qu. 1, v. Infertur 3<sup>o</sup>*: « Adverte, inquit, se-

quiri aquam benedictam. Sed [Contin.] Tournely<sup>9</sup> asserit quod Baptismus, adhuc in necessitate domi conferendus, debet curari ut fiat aqua benedicta sive lustrali ob majorem decentiam ».

103. — Certum est et de fide, materiam remotam Baptismi non esse aliam nisi aquam naturalem sive elementarem; ut patet ex concilio Lateranensi relato in cap. *Firmiter, de Sum. Trin.*, et ex Tridentino<sup>10</sup>: ex illo Joannis III, 5: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei*. — Hinc videndum quatenam aqua sit materia valida, quae invalida, et quae dubia.

I<sup>o</sup>. Materia certe valida est:  
1<sup>o</sup>. Aqua fontium, puteorum, maris, fluminum, lacuum, stagnorum, paludum, cisternarum et pluvialis: et sic quaecumque simplex et pura, quae propriam aquae speciem retineat; nec refert frigida sit an calida. Ita habetur in Rituali Romano, edito jussu Gregorii XIII, apud Concina<sup>11</sup>.

tr. 1, resol. 55). — <sup>7</sup> Tr. 2, cap. 2, num. 14. — *Coninck*, qu. 66, n. 22. — *Bonac.*, loc. cit., num. 8. — *Palao*, tr. 19, punct. 3, n. 5. — <sup>8</sup> Lib. 6, part. 1, n. 263. — *Gobat*, tr. 2, n. 41. — *Quintanad.*, loc. cit., n. 6. — <sup>9</sup> Loc. cit., art. 1, v. f. — <sup>10</sup> Sess. 7, de Bapt., can. 2. — *Ritual.*, jussu Gregorii XIII edit. (Rom. 1584), Ordo Bapt., pag. 17. — <sup>11</sup> De Bapt., cap. 3, n. 2.

cundum Bonac. et alios relatos a Diana..., esse peccatum mortale uti aqua impura vel non consecrata, cum alia haberi potest; licet Granado et Quintanadv. putent non esse mortale uti non benedicta ».

<sup>e</sup>) Doctrina haec colligitur ex *Clem. Praesenti, unic. de bapt.*, quae prohibet « ne quis de cetero in aulis vel cameris... sed dumtaxat in ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos... audeat baptizare ».

<sup>f</sup>) Pasqualigo, *Decis. mor. 75, n. 3*, de Baptismo privato dicit: « Non est alligatus modo quo utitur Ecclesia ».

<sup>g</sup>) At in *Hom. apost., tr. 14, num. 8*, S. Doctor ait: « In Baptismo privato, probabile est licere uti aqua non consecrata ». — Praeterea exstant de universa hac materia plura S. Sedis decreta, quibus hujus sacramenti ministris mandatur ut, seclusa necessitate, utantur aqua ad hoc consecrata; quamvis in casu necessitatis liceat communem aquam adhibere, praesertim si benedicta fuerit. Quod si Baptismus conferatur cum aqua consecrata sed corrupta, est utique validus; sed extra necessitatis casum illicitus; ita ut in hujusmodi casu necessitatis, praeferenda sit aqua naturalis.

Sola aqua naturalis est materia remota.

Materia certe valida.

Certe invalida.

2<sup>o</sup>. Est aqua resoluta ex nive, glacie vel grandine: ut communiter docent Concina<sup>1</sup>, Contin. Tournely<sup>2</sup>, Holzmann<sup>3</sup>, Elbel<sup>4</sup>, Roncaglia<sup>5</sup>, Croix<sup>6</sup> et alii omnes.

3<sup>o</sup>. Aqua sulphurea sive mineralis; ut docent S. Thomas<sup>7</sup>, [Contin.] Tournely, Holzmann, Salmant., Antoine et alii communiter.

4<sup>o</sup>. Aqua defluens in tempore nimbo a pariete, foliis, etc. — [Contin.] Tournely<sup>8</sup>, Elbel<sup>9</sup>, Roncaglia<sup>10</sup> cum Gabriele et Tamburinio.

5<sup>o</sup>. Aqua turbida mixta cum alia re, modo aqua sit materia praedominans. — S. Thomas<sup>11</sup>, [Contin.] Tournely, Salmant., Elbel<sup>a</sup>), Antoine, etc. (Sed vide infra, n. III).

6<sup>o</sup>. Ros et aqua collecta ex vaporibus densatis, puta in operculo ollae; ut Croix<sup>12</sup>, Diana<sup>13</sup>, etc., et adhaeret Concina<sup>14</sup>.

II<sup>o</sup>. Materia certe invalida est:

1<sup>o</sup>. Sanguis, lac, vinum, urina, pituita; ut Gonet<sup>15</sup>, Salmant. et alii communiter.

<sup>1</sup> De Bapt., cap. 3, n. 6. — <sup>2</sup> De Bapt., cap. 3, art. 1, collig. 1. — <sup>3</sup> De Bapt., n. 95. — <sup>4</sup> Confer. 4, de Bapt. natura, num. 8. — <sup>5</sup> Tr. 17, de Bapt. et Confirm., cap. 2, qu. 1, resp. 1. — <sup>6</sup> Lib. 6, part. 1, n. 262. — <sup>7</sup> 3 P., qu. 66, art. 4, ad 4. — *Cont. Tourn.*, loc. cit., collig. 2 et 3. — *Holzmann*, loc. cit. — *Salmant.*, tr. 2, cap. 2, num. 9. — *Antoine*, de Bapt., qu. 1, resp. 1. — <sup>8</sup> Loc. cit., collig. 1. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 8. — <sup>10</sup> Loc. cit., qu. 1, resp. 1. — *Gabriel a S. Vinc.*, de Bapt., disp. 1, qu. 1, v. *Infertur 3. - Tambur.*, de Bapt., cap. 1, § 1, n. 2. — <sup>11</sup> Loc. cit., qu. 66, art. 4. — *Contin. Tourn.*, loc. cit., collig. 2. — *Salmant.*, loc. cit., n. 9. — *Antoine*, loc. cit., resp. 1. — <sup>12</sup> Lib. 6, part. 1, n. 22. — <sup>13</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 5. — <sup>14</sup> De Bapt., cap. 3, n. 9. —

103. — <sup>a</sup>) Elbel, *confer. 4, de Bapt. natura, num. 8*, materiam validam esse ait aquam mixtam « cum modico vino aut alio liquore, vel in qua sunt leviter decoctae carnes vel pisces, ita ut liquor plus habeat de materia aquae quam de substantia corporum lixatorum in ea ». At n. 9, materias dubias enumerans scribit: « Aqua turbida expressa ex luto ».

<sup>b</sup>) Contin. Tournely, *loc. cit.*, collig. 3, succum ex pomis asserit esse materiam invalidam; et pariter Elbel, *loc. cit.*, n. 9; sed uterque praetermittit flores, herbas et radices, de quibus tamen eadem est ratio ac de fructuum succo.

<sup>c</sup>) Juenin, *Instit., part. 8, dissert. 2, qu. 2, cap. 1, objic. 2*, explicat responsum istud potius quam suppositivum esse affirmet. — *Petrocorensis vero, de Bapt., cap. 3, qu. 1, v. Dices tamen*, durum esse ait in dubium revocare hujus rescripti veritatem.

<sup>d</sup>) Roncaglia, *loc. cit.*, qu. 1, resp. 1: « Meo

2<sup>o</sup>. Succus expressus ex floribus, herbis et radicibus; ut S. Thomas<sup>16</sup>, Salmant.<sup>17</sup>, Gonet, [Contin.] Tournely<sup>b</sup>), Elbel<sup>b</sup>), etc. — Textum autem Stephani II, apud Gonet<sup>18</sup>, ubi videtur Pontifex approbasse Baptismum collatum in vino, suppositivum esse probant ipse Gonet, Concina<sup>19</sup>, [Contin.] Tournely<sup>20</sup> cum Juenin<sup>c</sup>); et Petrocorensis<sup>c</sup>) cum Patre Nicolai.

III<sup>o</sup>. Materia autem dubia est:

1<sup>o</sup>. Jus et lixivium. Nam, licet D. Thomas<sup>21</sup> dicat haec esse materiam aptam ad Baptismum, modo non habeant plus de aliena substantia quam de aqua; immo addit quod si ex liquore sic inspissato exprimitur aqua subtilis, bene potest in ea fieri Baptismus, sicut et in aqua quae exprimitur ex luto; et S. Doctorem sequuntur Concina, Salmant., [Contin.] Tournely et Roncaglia<sup>d</sup>): — attamen non improbabiler Palao<sup>22</sup>, Elbel<sup>e</sup>), Tamburinius<sup>f</sup>), Diana et Pasqualigo<sup>g</sup>) dicunt absolute jus et lixivium esse materiam

<sup>16</sup> Man., tr. 3, de Bapt. et Confirm., cap. 3, in med. — *Salmant.*, tr. 2, cap. 2, n. 5. — <sup>17</sup> 3 Part., qu. 66, art. 4, ad 5. — <sup>18</sup> Loc. cit., num. 6. — *Gonet*, loc. cit. — <sup>19</sup> Man., tr. 3, de Bapt., cap. 3. Cfr. etiam Migne, *Patrol. lat.*, tom. 89, col. 1026. — *Gonet*, loc. cit. — <sup>20</sup> De Bapt., cap. 2, n. 7. — <sup>21</sup> De Bapt., cap. 3, art. 1, obj. 2. — *Nicolai*, id est Raynerius de Pisis, *Pantheologia*, edit. a P. Nicolai, v. *Baptismus*, cap. 11, § 3. Cfr. etiam Nicolai notam in D. Thom. 3 P., qu. 66, art. 4. — <sup>22</sup> Loc. cit., ad 2 et 4. — *Concina*, loc. cit., cap. 3, n. 9. — *Salmant.*, loc. cit., num. 9. — *Contin. Tourn.*, de Bapt., cap. 3, art. 1, collig. 3. — <sup>23</sup> Tr. 19, punct. 3, n. 2. — *Diana*, part. 5, tr. 3, resol. 1.

videri, inquit, nullatenus reputanda essent materia Baptismi »; concludit tamen esse materias dubias.

<sup>e</sup>) Elbel, *loc. cit.*, n. 10: « Materia dubia Baptismi habentur... Cerevisia tenuis et lixivium mediocriter decoctum seu bullitum ». De jure autem carniū vide hic superius notam a.

<sup>f</sup>) Tamburinius, *loc. cit.*, cap. 1, § 1, n. 10: « Erunt incerta materia, inquit, quando incertum est an servent naturalem speciem vel usum communem aquae ».

<sup>g</sup>) Pasqualigo, *Decis. mor. 79*, absolute pronuntiat posse Baptismum conferri cum lixivio. At *Decis. 80*, disputans de jure carniū, dicit n. 1, posse adhiberi, nisi sit tanta decoctio, ut plus habeat de substantia carnis quam de aquae; sed n. 5, concludit his verbis: « Non auderem hujusmodi aquam adhibere etiam in casu extremae necessitatis, nisi conferendo Baptismum sub conditione ».

Materia dubia.

dubiam, cum talis aqua magis corpus polluat quam lavet.

2<sup>o</sup>. Aqua ex sale soluto. — Nam, licet Palaus, Laymann, Silvester, Angelus <sup>h)</sup>, omnino negent hanc esse materiam aptam: tamen [Contin.] Tournely cum Bonacina <sup>i)</sup> et Henriquez <sup>j)</sup>; ac Concina cum Leandro et communi (ut asserit), dicunt esse materiam dubiam.

3<sup>o</sup>. Cerevisia tenuis; ut ajunt Antoine <sup>1</sup> et Sporer <sup>2</sup>. — Et idem ait de tenui atramento Croix <sup>3</sup> cum Gobat <sup>4</sup>), Stephano <sup>5</sup>).

Et hic sedulo notandum quod in extrema necessitate, si nequit haberi materia certa, potest et debet adhiberi quailsicumque dubia sub conditione; ut communiter dicunt Concina, [Contin.] Tournely; Salmant. <sup>3</sup> cum Lugo, Diana et aliis. Et hoc procedit, non solum quando est tantum probabilis opinio pro valore sacramenti; sed etiam quando est tenuiter probabilis: ut recte dicunt Antoine <sup>4</sup>, Holzmänn <sup>5</sup>, Viva <sup>6</sup>, Croix <sup>7</sup>; ac Cardenas <sup>8</sup> cum Navarro <sup>k)</sup> et Soto <sup>l)</sup>. Ratio, quia

*Palaus*, tr. 19, punct. 3, num. 2. — *Laym.*, lib. 5, tr. 2, cap. 3, num. 1. — *Silvest.*, v. *Baptismus II*, qu. 4, § *Septimo*. — *Contin. Tourn.*, de Bapt., cap. 3, art. 1, collig. 1. — *Conc.*, de Bapt., cap. 3, n. 5. — *Leand.*, de Bapt., disp. 2, qu. 5. — <sup>1</sup> De Bapt., qu. 1, resp. 1, n. 2. — <sup>2</sup> Suppl. sacram., cap. 1, n. 10, in. — *Conc.*, de Sacram. i. g., cap. 6, num. 7. — *Cont. Tourn.*, loc. cit., collig. 3, v. *In dubio*. — <sup>3</sup> Tr. 2, cap. 2, n. 12. — *Lugo*, de Sacram. i. g., disp. 8, n. 140. — *Diana*, part. 5, tr. 3, resol. 2. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 2. — <sup>5</sup> De Bapt., n. 99. — <sup>6</sup> Append. ad proposit. damn., § 11, v. *Confirmatur*. — <sup>7</sup> Lib. 6, part. 1, n. 110; et part. 2, n. 1162. — <sup>8</sup> In proposit. 1 damn., dissert. 2, n. 5. — *Antoine*, loc. cit., num. 2. — *Holzm.*, loc. cit. — <sup>9</sup> Loc. cit., v. *Dicendum ultimo*. — *Suar.*, de Poenit.,

conditio sub qua sacramentum ministratur, sat reparat sacramenti injuriam; et contra, necessitas sat justa est causa sacramentum eo casu sic conditionate ministrandi. — Et quando minister potest sacramentum Baptismi vel Poenitentiae sic conferre, ad id tenetur quidem sub gravi ex praecepto caritatis; ut bene ajunt Antoine, Holzmänn; et Viva <sup>9</sup> cum Suarez, Cajetano <sup>1)</sup>, Silvio, Coninck, Vasquez, etc. communiter.

104. — Sed dubitatur 1<sup>o</sup>. *An aqua per artem alchimicam educata ex floribus, plantis aut radicibus sit materia valida ad Baptismum, vel saltem dubia?*

*Prima* sententia omnino negat; et hanc tenent Gonet <sup>10</sup>, Concina <sup>11</sup>, Salmant. <sup>12</sup> et alii, cum D. Thoma <sup>13</sup>. — Quia aqua artificialis nunquam naturalis dici potest.

*Secunda* vero sententia, quam tenent Elbel <sup>14</sup>, Holzmänn <sup>15</sup>, Contin. Tournely cum Tanner, Puteano, etc.; Croix <sup>16</sup> cum Dicastillo; item Coninck, Tamburinius, Verricelli, apud Renzi <sup>17</sup>, merito censet,

disp. 23, sect. 1, num. 15, v. *Quod autem*. — *Silvius*, in Suppl. D. Thom., qu. 9, art. 2, quaer. 5. — *Coninck*, disp. 7, n. 106; cfr. qu. 66, art. 4, dub. 1, n. 23. — *Vasq.*, de Poenit., qu. 91, art. 2, dub. 1, num. 38. — <sup>10</sup> Man., tr. 3, de Bapt. et Confirm., cap. 3. — <sup>11</sup> De Bapt., cap. 3, n. 12. — <sup>12</sup> Tr. 2, cap. 2, num. 6. — <sup>13</sup> 3 P., qu. 66, art. 4, ad 5. — <sup>14</sup> De Bapt., n. 10. — <sup>15</sup> Loc. cit., n. 95. — *Cont. Tourn.*, loc. cit., collig. 3, v. *An idonea*. — *Tanner*, tom. 4, disp. 4, qu. 1, dub. 2, num. 41. — *Putean.*, in 3 P., qu. 66, art. 4, n. 5. — <sup>16</sup> Lib. 6, part. 1, num. 260. — *Dicast.*, de Poenit., disp. 10, dub. 8, num. 209. — *Coninck*, qu. 66, num. 23. — *Tambur.*, lib. 2, de Bapt., cap. 1, § 1, n. 8. — *Verricell.*, Quaest. moral. et legal., tr. 1, qu. 15. — <sup>17</sup> De Sacram. Bapt., cap. 1, qu. 5.

esse idem quod de tenui cerevisia, ideoque esse materiam dubiam. — At re quidem vera, Gobat, tr. 2, n. 33: « Fateor tamen, inquit, atramentum crassum non esse idoneam materiam, secus de tenui ». Sed subdit: « Quia tamen primus movi illud dubium, si mea resolutio aequae aliis atque huic doctori [Stephano a S. Paulo] improbetur, libenter stabo eorum iudicio ». — Stephanus a S. Paulo, tr. 5, disp. 2, dub. 1, n. 4, absolute dicit: « Ego... puto illud [atramentum] non esse materiam sacramenti ».

<sup>k)</sup> Navarrus, in cap. Inter verba, coroll. 53, n. 599, (al. n. 135); Sotus, de Secreto, membr. 3, qu. 2, concl. 3, id docent in materia de iudiciis.

<sup>l)</sup> Cajetanus (sicut supra Concina, Salmant., Lugo, Diana), Sum., v. Absolutio peccatorum § Circa appositionem, dicit posse fieri.

Aqua per chymiam educata ex floribus, etc. juxta alios, invalida.

Juxta alios, probabiliter valida.

<sup>h)</sup> Angelus, v. Baptismus III, n. 2, sic loquitur: « Aqua... reliquata sale, non videtur materia debita, nisi per evaporationem et exaltationem reduceretur ad dulcedinem ».

<sup>i)</sup> Bonacina et Henriquez ut certo validam habent; Bonacina enim, disp. 2, de Bapt., qu. 2, punct. 3, n. 4, affirmat « eum valide baptizare, qui utitur aqua quae profuit a nive aut a gelu aut a sale; sal enim fit ex aqua naturali salsa, et differt tantummodo accidentaliter ab aqua naturali, ut suppono ». — Henriquez pariter, lib. 2, cap. 6, n. 1: « Aqua... ex sale resoluta sufficit, quia sal fit ex aqua maris vel putei salsi congelata ».

<sup>j)</sup> Croix, lib. 6, part. 1, n. 261, de tenui atramento scribit: « Videtur valida [materia]; at subdit: « Putant tamen Steph. et Gob. in Exp., tr. 2, n. 33, de atramento tenui

hanc esse materiam probabiliter validam, et ideo in necessitate extrema omnino adhibendam. — Ratio, quia (ut philosophi existimant) in mixtis vere et formaliter remanent elementa, quorum quodlibet virtute chimica resolvi potest in suam speciem, ita ut materia aquea sic resoluta sit vera aqua; prout satis videtur probari ex cap. In quadam, de celebr. miss., ubi Pontifex, loquens de aqua quae fluxit ex latere Christi, asserit veram fuisse aquam, quia dicit: *Sive de novo divina virtute creata, sive de componentibus ex parte aliqua resoluta, procul dubio vera fuit, cum naturaliter (nota) possit... elementatum in elementa resolvi*. — Dices: Ergo etiam vinum et oleum hoc modo posset esse materia Baptismi; cum in vino et oleo etiam adsit pars aquea. Respondeo quod ideo haec non sunt materia Baptismi, quia substantia aliena superat aquam: sed bene posset esse, si per artem aqua e vino vel oleo eliceretur. — Nec convincit ratio opposita, nempe quod aqua artificialis differat specie ab aqua naturali. Talis enim aqua extracta, ut supra, dicitur quidem artificialis, non quia arte fiat aqua id quod non erat aqua; sed quia aqua naturalis arte separatur ab aliis elementis.

Merito autem dicunt Silvester <sup>1</sup> et Renzi <sup>2</sup> aquam distillatam esse veram aquam naturalem, cum sit ejusdem speciei. — Unde aquae distillatae cum rosis aut aliis floribus similibus, cum materia praedominans sit aqua, videtur non dubitandum esse materiam validam (quamvis non licitam) ad Baptismum: ex D. Thoma <sup>3</sup>, qui

<sup>1</sup> V. *Baptismus II*, qu. 4. — <sup>2</sup> De Sacram. Bapt., cap. 1, qu. 5, i. f. — <sup>3</sup> 3 P., qu. 66, art. 4, corp. et ad 2. — *Coninck*, qu. 66, num. 24. — *Tambur.*, lib. 2, de Bapt., cap. 1, § 1, num. 5. — *Tambur.*, loc. cit. — *Gonet*, Man., tr. 3, de Bapt. et Confirm., cap. 3. — *Contin. Tourn.*, de Bapt., cap. 3, art. 1, collig. 3. — *Salmant.*, tr. 2, cap. 2, n. 5. — *Croix*, lib. 6, part. 1, n. 260. — *Antoine*, de Bapt., qu. 1, resp. 1. — *Tambur.*, lib. 2, de Bapt., cap. 1, § 1, n. 5. — *Renat.*, de Bapt., cap. 1, qu. 6. — <sup>4</sup> Tr. 2, cap. 2, n. 26. — *Fill.*, loc. cit. — *Salmant.*, tr. 2, cap. 2, n. 6. —

104. — <sup>a)</sup> Palaus, tr. 19, punct. 3, n. 2, negat salivam esse materiam aptam, sed subjicit: « Quia aliquoties probabile est... salivam non differre specie ab aqua elementari, non audeat Aeg. de Coninck condemnare eum qui supradictis in extrema necessitate uteretur ».

S. ALPHONSI, Opera moralia. — Tom. III.

cum aliis communiter docet aptam esse materiam aquam mixtam cum alia re, quae sit minoris quantitatis. Vide dicta n. 103, ad I, 5<sup>o</sup>.

Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An saliva sit materia apta vel saltem dubia ad Baptismum?*

Affirmant Palaus <sup>a)</sup>, et Coninck apud Tamburinum. — Sed verius dicunt esse materiam omnino ineptam ipse Tamburinius, Gonet, [Contin.] Tournely, Salmant., Croix, Antoine et alii communiter. Et patet ex cap. penult. de bapt., ubi Innocentius III, loquens de baptizatis cum saliva, respondit: *Dubitare non debes illos verum non habere Baptismum*.

Et idem dicendum de sudore cum Tamburinio, Renzi, Filiuccio <sup>4</sup> et communi; ex cap. In quadam, de cel. miss., ubi dicitur: *Cum in sacramento Baptismatis non regeneremur in phlegmate, sed in aqua*. — Et idem recte docet Filiuccius cum aliis communiter de lacrymis, ob eandem rationem, accepto nomine *phlegmatis* tam pro sudore quam pro lacrymis.

Dubitatur 3<sup>o</sup>. *An sit materia Baptismi aqua fluens ex vite aliisque arboribus?* — Omnino negant Salmant., Roncaglia, et Concina <sup>5</sup> cum communi, ut asserit; quia liquor ille succus est arboris, non aqua. — Sed melius [Contin.] Tournely cum Dicastillo; et Renzi <sup>b)</sup> cum Pasqualigo, Verricelli, etc., dicunt esse materiam dubiam.

Dubitatur 4<sup>o</sup>. *An glacies sive nix non soluta sit materia apta?* — Negant pariter Concina <sup>6</sup>, et Croix <sup>c)</sup> cum Tanner. — Sed dubitant Aversa <sup>d)</sup> apud Croix <sup>e)</sup>; et Hurtadus, Praepositus ac Puteanus, apud

*Roncagl.*, de Bapt., cap. 2, qu. 1, resp. 1. — <sup>5</sup> De Bapt., cap. 3, num. 8. — *Cont. Tourn.*, de Bapt., cap. 3, art. 1, v. *An idonea*. — *Dicast.*, tr. 2, de Bapt., disp. 1, dub. 3, num. 29, v. f. — *Pasqual.*, Decis. mor. 78, num. 4 et 5. — *Verric.*, Quaest. moral. et legal., tract. 1, qu. 15, num. 3. — <sup>6</sup> Loc. cit., num. 7. — *Tanner*, tom. 4, disp. 4, qu. 1, dub. 2, n. 43 et 44. — *Gasp. Hurtad.*, de Bapt., disp. 1, diff. 2, v. *Ita tamen*. — *Praepos.*, in 3 P. D. Thom., qu. 66, art. 4, num. 22. — *Putean.*, in 3 P., qu. 66, art. 4, num. 5.

<sup>b)</sup> Rectius: Pasqualigo et Verricelli apud Renzi; hic vero, loc. cit., qu. 6, priorem sententiam tuetur.

<sup>c)</sup> Croix, lib. 6, part. 1, n. 262, putat vel esse invalidum, vel ad summum dubium, Baptismum collatum cum nive injecta in baptizandi corpus, cujus calore resolvatur. Et re-

Saliva, verius materia inepta.

Item, sudore et lacrymae.

Aqua fluens ex vite, etc., probabilis materia dubia.

Glacies et nix non soluta, materia dubia.

Renzi; ideo dicunt posse in necessitate adhiberi sub conditione.

105. - « Resp. II<sup>o</sup>. Proxima materia « Baptismi est ablutio. — Quae valide fit « tribus modis, scilicet *immersione, aspersione, infusione*, juxta praxim diversarum ecclesiarum, quae servanda est, ita « ut morali hominum judicio censeatur « esse lotus; ex praecepto tamen *caput* « abluendum est, quod praxis Ecclesiae « habet. Ratio, quia quolibet horum modorum fieri potest ablutio. Et quidem « trinam mersionem non esse necessariam « constat ex concilio Toletano. — Ubi « tamen trina vel immersio vel infusio « usitata est, sine gravi peccato extra necessitatem non potest praetermitti, ut « docet S. Thomas. Etsi alii, secluso scandalo et contemptu, dicant esse tantum « veniale. — Laymann <sup>a)</sup>, Bonacina <sup>a)</sup>.

« Unde resolves:

« 1<sup>o</sup>. Non vere baptizatur cujus nulla « pars immediate tangitur, v. gr. infans « in utero vel cista; vel adultus cujus « vestes tantum sint aspersae. — Laymann, Bonacina <sup>1</sup>.

« 2<sup>o</sup>. Non requiritur ad valorem ut qui « baptizatur emergat ex aqua. [Putat si immergatur in flumen]. « Quod tamen « grave peccatum est, esto nihilominus « moriturus esset baptizandus (Laymann <sup>2</sup>); « uti etiam matrem nihilominus moritu-

Quaenam requirantur ad valorem.

« ram vel mortis ream aperire, ut infans « baptizetur. Laymann <sup>3</sup>; ubi unicum casum excipit, si nimirum mater sit morte « digna, et si supplicium differatur, infans « certo sit moriturus ante nativitatem. « Verum recte addit ex Suarez casum « hunc vix moralem et practicum esse. « Vide *loc. cit.*

« 3<sup>o</sup>. *Invalidus* est Baptismus: 1<sup>o</sup>. Si « quis labatur in aquam vel ab alio pro- « trudatur, et tamen <sup>b)</sup> formam pronuntiet. « 2<sup>o</sup>. Si formam pronuntians teneat puerum, et alter abluat, aut aquam affundat. 3<sup>o</sup>. Si aqua e fonte prosiliente, aut « stillicidio decedente, baptizandus ei se « submittat. — Ratio, quia in his non tu, « sed alter abluat. Bonacina <sup>4</sup>.

« 4<sup>o</sup>. Ob probabilem utrinque sententiam, *dubius* est Baptismus (ideoque si « in necessitate sit datus, repetendus sub « conditione): — 1<sup>o</sup>. Si tantum una vel « altera gutta sit adhibita, v. gr. si more « aquae lustralis multitudo sit aspersa. « Quod sine necessitate non licet; cum « ad abluionem non videatur sufficere « quicumque aquae contactus, sed requiri « successivus, cum aliquo motu <sup>c)</sup>. Bonacina <sup>d)</sup> ex Suarez, Coninck, etc. In casu « tamen necessitatis sic baptizare conce- « dit Maeratus <sup>e)</sup>, Granadus <sup>5</sup>. — 2<sup>o</sup>. Si tantum sit abluta pars minus principalis, « v. gr. digitus, manus vel pes. Nam si

« non in extrema solum necessitate, sed etiam extra omnem ».

f) Lugo, *Resp. mor., lib. 1, dub. 1, n. 3*, contendit profecto Baptismus eo casu esse validum; subdit tamen posse et debere sub conditione iterari propter oppositae sententiae probabilitatem.

g) Gaspar Hurtadus, *de Bapt., disp. 1, diff. 6, v. Observandum est 1<sup>o</sup>*, licite posse fieri asserit.

h) Auctores allegati referri videntur dumtaxat ad ultimum dictum: ut scilicet forma non finiatur ante tertiam abluionem.

106. — a) Contin. Tournely, *de Bapt., cap. 3, art. 2, concl. 2*, dicit profecto hujusmodi ablu-

Quando Baptismus sit invalidus.

Semel tantum pronuntianda forma.

Quando dubius.

Projiciens infantem in puteum non valide baptizat juxta alios.

« fert Aversa contrarium tenere; at re vera Aversa, *de Bapt., qu. 66, sect. 4, v. Secundo*, negat nivem aut glaciem in tali statu esse materiam aptam Baptismo, « nisi tamen perfricatione et calefactione circa corpus aliqua ex parte liquefieret et sic ablueret ».

105. — a) Laymann et Bonacina non satis recte allegantur a Busenbaum; Laymann enim, *lib. 5, tr. 2, cap. 3, n. 4*, scribit: « Ut licite fiat [Baptismus], cujusque ecclesiae consuetudo servanda est: excepto casu necessitatis, propter quam effusione aquae utendum etiam in ecclesiis, quibus alioquin ordinarius baptizandi modus est per immersionem ». — Bonacina autem, *disp. 2, de Bapt., qu. 2, punct. 3, n. 18*, ait: « Si baptizans administret sacramentum Baptismi per infusionem vel per aspersionem contra ritum suae ecclesiae,

<sup>3</sup> Loc. cit., num. 2. — <sup>4</sup> *Suar.*, in 3<sup>o</sup> P., qu. 68, artic. 11, comment., i. f. — <sup>5</sup> Loc. cit., punct. 3, num. 28 et 29; et punct. 4, n. 28. — *Suar.*, de Sacram., disp. 20, sect. 2, n. 4, v. *Ego sentio*. — *Coninck*, qu. 66, n. 29 et 31. — <sup>6</sup> In 3 P., contr. 4, de Bapt., tr. 1, disp. 4, n. 12.

graviter peccat ». Secus vero si ex justa causa id faceret.

b) Et *alius* formam pronuntiet.

c) Si baptizans motu digiti, vel panni mactati aut spongia aqua intincta ablueret partem corporis baptizandi, Baptismus censendus esset dubius nisi aliquot guttulae, compressa nonnihil spongia vere fluerent, proindeque Baptismus esset sub conditione iterandus si baptizatus superviveret, ut constat ex declarationibus S. Officii diei 8 Novembr. 1770, 9 Julii 1779 et 14 Decembr. 1898.

d) Bonacina, *loc. cit., n. 14 et 19*, negat esse validum Baptismus in casu exposito: et affert rationem quam exponit Busenbaum.

e) Maeratus, *de Bapt., disp. 2, sect. 4, v. Quoad posteriorem questionem*, absolute validum pronuntiat, et ait posse sic conferri

« pars principalis, v. gr. scapulae vel pe- « ctus, nemo dubitat. — 3<sup>o</sup>. Si tantum « crines sint tincti; licet card. de Lugo <sup>f)</sup> « hunc validum esse contendat. — 4<sup>o</sup>. Si « infans tinctus sit, involutus adhuc se- « cundinae suae, id est pelliculae corpori « annatae.

« In necessitate tamen, in praedictis ca- « sibus Baptismus debet conferri sub con- « ditione. — Hurtadus <sup>g)</sup>. Vide Laymann <sup>1</sup>.

« 5<sup>o</sup>. Cum terna usurpatur affusio aut « immersio, ad nomen Patris et Filii et « Spiritus Sancti, juxta praxim Ecclesiae, « cavendum ne ter, sed semel tantum « pronuntietur forma. Quae rectius ita « profertur, ut, ante tertiam abluionem « non finiatur; quia forma, cum quacum- « que prima abluione, Baptismus con- « stituit <sup>h)</sup>. — Reginaldus <sup>2</sup>, Laymann <sup>3</sup> ».

106. — Quaeritur 1<sup>o</sup>. *An valeat Baptismus, si quis projiciat infantem in puteum vel flumen, et formam pronuntiet?*

*Prima* sententia negat. Et hanc tenet Scotus <sup>4</sup>, quem sequuntur Mastrius, Frassen et alii scotistae communiter; item Contin. Tournely <sup>a)</sup>, et Sotus, Silvester, Tabiena, etc. Ratio: tum quia non potest dici immersio, cui non succedit emersio: tum quia contactus aquae debet esse a ministro: at haec ablutio non esset a ministro, sed a mole corporis in aquam pro-

jecti. — *Secunda* vero sententia affirmat. Et hanc tenent <sup>b)</sup> Suarez <sup>5</sup>, Laymann <sup>6</sup>; Concina <sup>7</sup> cum Gonet, Valentia, Palao, Panormitano, Vasquez, Filliuccio, Victoria, etc.; et probabilem vocant Salmant. <sup>c)</sup> Ratio, quia jam ibi concurrunt omnia requisita, nempe materia, forma et intentio ministri.

Utraque probabilis est; et quia talis quaestio vix ad praxim reducitur, superfium censeo in ea immorari. — Bene autem advertunt [Contin.] Tournely <sup>8</sup> et Silvius quod si talis infans superviveret, esset quidem saltem sub conditione rebaptizandus.

Certum est autem cum [Contin.] Tournely <sup>9</sup> et communi, validum esse Baptismus collatum cum aqua venenata aut ferventi, unde infans enecetur; quia haec jam reputaretur usualis ablutio. Quod autem aqua sit venenata, fervens vel gelida, per accidens se habet.

Sic etiam validus est Baptismus, si quis, aqua defluente ex tecto, puerum submittat, et formam proferat; ut recte dicunt Concina <sup>10</sup> et [Contin.] Tournely <sup>11</sup>. — Secus autem, ait [Contin.] Tournely <sup>12</sup>, si accessio aquae ad corpus baptizandi fieret ab altero; quia tunc non verificaretur forma: *Ego te baptizo*, quae requirit abluionem faciendam ab ipso baptizante.

disp. 1, art. 2, n. 73. — *Valent.*, in 3<sup>o</sup> Part., disp. 4, qu. 1, punct. 2, v. *Septimo sequitur*. — *Palao*, tr. 19, punct. 4, num. 10. — *Panorm.*, in cap. *Non ut apponeres*, de bapt., num. 4. — *Vasq.*, disp. 145, cap. 3. — *Fill.*, tract. 2, cap. 2, n. 38 et 39. — *Victor.*, Sum. de Sacram., num. 19. — <sup>8</sup> De Bapt., cap. 3, art. 2, concl. 2, i. f. — *Silvius*, in 3 P., qu. 66, art. 7. — <sup>9</sup> Loc. cit., concl. 2. — <sup>10</sup> De Bapt., cap. 5, num. 12. — <sup>11</sup> Loc. cit., art. 2, concl. 1, v. *Collig. 4*. — <sup>12</sup> Loc. cit.

Juxta alios valide baptizatur.

Quaestio vix practica.

Aqua venenata vel fervens, materia apta.

Puerum submittere aquae ex tecto defluenti valide baptizat.

Nisi alius forma a ministro proferat.

« non in extrema solum necessitate, sed etiam extra omnem ».

f) Lugo, *Resp. mor., lib. 1, dub. 1, n. 3*, contendit profecto Baptismus eo casu esse validum; subdit tamen posse et debere sub conditione iterari propter oppositae sententiae probabilitatem.

g) Gaspar Hurtadus, *de Bapt., disp. 1, diff. 6, v. Observandum est 1<sup>o</sup>*, licite posse fieri asserit.

h) Auctores allegati referri videntur dumtaxat ad ultimum dictum: ut scilicet forma non finiatur ante tertiam abluionem.

106. — a) Contin. Tournely, *de Bapt., cap. 3, art. 2, concl. 2*, dicit profecto hujusmodi ablu-

tionem non videri sufficere; sed in *resp. ad obj. contra 2<sup>am</sup> part.*, mentem suam clarius explicat, et dicit esse dubium Baptisma.

b) Multi ex citatis auctoribus tenent hanc sententiam ut probabiliorem: et sunt Laym., Valent., Pal., Vasquez, Fill., Victoria. Hinc Valentia dicit rebaptizandum esse (Filliuccius: posse rebaptizari) sub conditione, casu quo infans superviveret.

c) Salmant., *tr. 2, cap. 2, n. 25*: « His tamen [contrariis rationibus] non obstantibus, dicendum est in casu posito valide sacramentum conferri, ... dummodo tamen materia simul cum forma finiatur, antequam infans moriatur ».



Projicere infantem in flumen ad baptizandum, illicitum.

Etsi mox sit decessurus sine Baptismo.

Item, incidere matrem proximam morituram.

Quando liceat matrem incidere.

Omnino autem tenendum est cum [Contin.] Tournely<sup>1</sup>, Concina<sup>2</sup>, Antoine<sup>3</sup>; Salmant.<sup>4</sup> cum Suarez, Vasquez, Palao, Coninck, Laymann, etc. communiter (contra aliquos apud Diana<sup>5</sup>), nunquam licere projicere in flumen infantem ad eum baptizandum, quamvis sit mox decessurus sine Baptismo. — Quia nunquam est licitum ob quamcumque causam directe occidere innocentem; ex illo Exodi xxiii: *Insonem et justum non occides.*

Et ob eandem rationem, non licet incidere ventrem matris proxime moriturae, ut ejus infans Baptismum recipiat; ut communiter etiam dicunt [Contin.] Tournely<sup>6</sup>, ac Salmant.<sup>7</sup> cum Coninck (contra<sup>d)</sup> Comitolum), ex D. Thoma, qui<sup>8</sup> id expresse docet, inquit: *Non debet homo occidere matrem ut baptizet puerum; si tamen mater mortua fuerit, vivente prole in utero, debet aperiri ut puer baptizetur.* — Nec valet dicere quod vita spiritualis infantis debet praeferrī vitae temporali matris. Nam hoc intelligendum, ut quisque debeat quidem mortem sustinere; non autem ut debeat nec ut possit mortem sibi inferre, vel alterum occidere pro salute spirituali proximi. — Hic autem bene advertit Croix<sup>9</sup> quod, mortua matre, statim os ejus est aperendum ne infans suffocetur.

Insuper putat Contin. Tournely<sup>10</sup>, et Croix<sup>11</sup> cum Raynaud, Gobat, etc., ex iudicio medicorum, bene posse matrem incidere et infantem baptizari sine morte matris: et hoc casu dicunt licite fieri incisionem, et matrem teneri eam pati, si

mater sit robusta et chirurgus peritus<sup>e)</sup>. Et hoc casu dicunt DD. licite chirurgum incisionem facere, et matrem teneri eam pati, etiamsi, ait Tournely<sup>f)</sup>, adsit periculum suae mortis. — Sed hic omnino puto distinguendum. Nam, respectu ad *chirurgum*, dico tunc eum posse incidere matrem, si periculum mortis illius sit remotum: secus, si proximum aut probabile. Sicut enim illicitum est occidere matrem ut puer baptizetur (ut vidimus cum communi ex D. Thoma); sic etiam non licet matrem probabili periculo mortis exponere: quod periculum non video quomodo vitari possit in tam gravi incisione: videant periti. — Respectu vero *matris*, an ipsa teneatur incisionem pati, dico quod si periculum ejus mortis sit probabile, ipsa nec tenetur nec potest suo positivo consensu ad incisionem concurrere. Tantum posset et teneretur illam pati, si chirurgus sine suo consensu (ipsa omnino negative se habente) incidere, et spes probabilis adesset prolem fore baptizandam, ac mors matris non esset certa: nam in dubio utrinque probabili tenetur ipsa vitam spiritualem proli vitae suae temporali praeferrere. Si autem sua mors sit certa, et salus proli dubia, nempe si proles non sit certe baptizanda, non tenetur ipsa vitam certe amittere.

Valde autem probabile est id quod dicunt Suarez<sup>12</sup>, et Renzi<sup>13</sup> cum Laymann, Coninck, Filliuccio<sup>g)</sup> et Praeposito<sup>h)</sup>, nempe quod, si mater gravida sit per sententiam ad mortem damnata (quamvis ex

n. 75. — <sup>8</sup> 3 P., qu. 68, art. 11, ad 3. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 1, n. 298. — <sup>10</sup> De Decal., cap. 1, art. 3, de Carit., sect. 4, punct. 1, collig. 3. — <sup>11</sup> Loc. cit., num. 298. — Rayn., de Ortu infantium, cap. 5. — Gobat, tr. 2, num. 255 et 256. — D. Thom., 3 P., qu. 68, art. 11, ad 3. — <sup>12</sup> Qu. 68, art. 11, in comment. — <sup>13</sup> De Bapt., cap. 4, qu. 6. — Laym., lib. 5, tract. 2, cap. 3, num. 2. — Coninck, de Sacram., qu. 68, num. 92.

retur, ut probabili maternae incolumitatis spe destituta foret, non liceret eam tentare ».

<sup>g)</sup> Filliucius, tr. 2, n. 139: « Si periculum, inquit, imminet reipublicae ex mora [supplicii], tunc posset aperiri uterus, ipsa [matre] vivente ».

<sup>h)</sup> Praepositus, in 3 P., qu. 66, art. 8, dub. 3, n. 93, ait posse fieri absque injustitia; sed addit: « Cum tamen illud medium non videatur moraliter profuturum proli, sed potius obfuturum...; idcirco mors matris eo casu

Distinguendum.

Quandoque incisio matris facienda.

Signa periculi in parvulis.

Quid de muliere gravida ad mortem damnata.

leg. *Praegnantis*, ff. de poenis, debeat expectari tempus puerperii), tamen, si censeatur infans certe decessurus priusquam perveniat ad lucem, licite potest secari venter matris, anticipando supplicium; quia alias dilatio, quae datur ob bonum proli, tunc cederet in ipsius detrimentum.

Hic operae pretium duxi adnotare plura quae scribit Franciscus Emmanuel Cangiamila, in sua *Embriologia sacra*. — Ibi<sup>1</sup> dicit 1<sup>o</sup> cum Possevin<sup>2</sup>, Gobat<sup>3</sup>, etc., graviter peccare parentes qui negligunt incisionem fieri, et chirurgos qui eam facere omittunt aut differunt. Additque parochum teneri ad omnino curandum ne mater sepeliatur antequam fiat incisio: alioquin putat ipsum non excusari ab irregularitate, cum parochus teneatur ex officio mortem infantium impedire. Sed huic non acquiesco; quoniam eo casu, cum vita infantis non sit certa, ne certa quidem ejus est mors (juxta dicenda Lib. VII, n. 347, Dubit. 4). Item addit<sup>2</sup> quod si invenitur alius, etsi non chirurgus, qui animum habet ad incisionem perficiendam, ille tenetur eam efficere. — Dicit 2<sup>o</sup> quod, cum infans non est omnino egressus ab utero, Baptisma non est ministrandum a parochis, sed ab obstetrice<sup>4</sup>. — Dicit 3<sup>o</sup> maxime animadvertenda esse eo casu, quae sint signa periculi in pueris, nempe: 1) Si puer oritur sine vagitu et lacrymis. 2) Si modice respiret. 3) Si appareat lividus, praesertim in facie ad capite. 4) Si nascitur post multum temporis, aut laboris obstetricis. 5) Si nascitur ante septimum mensem. 6) Si cranium habet valde molle, aut suturas nimis apertas, aut alias partes disjunctas<sup>5</sup>.

<sup>1</sup> Embriol. sacra, lib. 2, cap. 9, n. 1 et 2; et cap. 11, n. 16. — <sup>2</sup> Loc. cit., cap. 10, n. 1. — <sup>3</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 3, n. 5. — <sup>4</sup> Tr. 19, punct. 4, n. 14. — <sup>5</sup> Tr. 2, de Bapt., cap. 2, n. 36. — Vasq., in 3 P., disp. 145, cap. 3, i. f. — Coninck, qu. 66, art. 7, n. 76. — <sup>6</sup> 3 P., qu. 68, art. 11. — <sup>7</sup> Tr. 2, cap. 6, num. 5. — <sup>8</sup> Lib. 2, de Bapt., cap. 7, propos. 2. —

Quamvis autem non liceat puerum in flumen injicere, licitum est tamen aqua etiam gelida, si alia haberi non possit, puerum mox moriturum baptizare, etiamsi timeretur ex hoc mors acceleranda; ut communiter docent Laymann<sup>6</sup>, Palao<sup>4</sup>; et Salmant.<sup>5</sup> cum Vasquez, Coninck, etc. — Tum quia mors tunc non eveniret per se, sed per accidens; cum talis actio per se non tendat ad occisionem, sed ad ablu-tionem. Tum quia eo casu potest negligi parva illa vitae jactura, ut infans vitam aeternam consequatur.

107. — Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An infans in periculo mortis possit baptizari in utero matris?* — Certum est non valere Baptismum, si conferatur puero, abluendo corpus matris; quia infans est persona a matre distincta. Vide S. Thomam<sup>6</sup>, Salmant.<sup>7</sup>, et alios communiter id docentes. Dubium est: *An valide baptizetur infans, reserato uteri ostio, etsi nulla pars in lucem prodierit, si per instrumentum puer aqua tingi possit?*

Prima sententia negat. Et hanc tenent Natalis Alexander<sup>8</sup>, Concina<sup>9</sup> cum Comitolo; et Juenin ac Gotti apud Summum Pontificem Benedictum XIV<sup>10</sup>. Ratio, quia nemo dicitur renasci, nisi prius fuerit natus; ex illo Joan. iii, 5: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, etc.* — Et pro hac sententia videtur esse D. Thomas<sup>11</sup>, cum dicat: *Baptismus est quaedam spiritualis regeneratio; non ergo debet aliquis baptizari priusquam ex utero nascatur.* Et clarius D. Augustinus<sup>12</sup>, ubi ait: *Si igitur homo regenerari per gratiam Spiritus in utero potest, quoniam restat illi adhuc nasci, renascitur ergo antequam nasci-*

<sup>9</sup> De Bapt., cap. 5, n. 5. — Comit., lib. 1, qu. 13. — Juen., dissert. 2, qu. 7, cap. 1, art. 2, qu. 1. — Gotti, tom. 3, tr. 5, de Bapt., qu. 5, dub. 4. — <sup>10</sup> De Synodo, lib. 7, cap. 5, n. 2. — <sup>11</sup> 3 P., qu. 68, art. 11, v. *Sed contra*. — <sup>12</sup> Lib. seu Epist. 187, ad Dardanum, cap. 10, n. 33; cfr. Migne, Patrol. lat., tom. 33, col. 845.

Uti aqua gelida, in necessitate, licitum.

Baptismus per ablu-tionem matris, invalidus.

Si puer in utero tingi possit aqua:

invalide baptizatur juxta alios;

non videtur prudenter debere vel posse accelerari, ut Baptismus infanti procuraretur ». — Notandum praeterea est Renzi et Coninck non concedere in casu exposito sectionem matris, nisi sit spes subveniendi proli.

<sup>1</sup> Possevinus et Gobat non citantur a Cangiamila pro his assertis; Possevinus tamen de *Officio curati*, cap. 6, n. 10, dicit parochum

teneri sub mortali, si domestici deficiunt, procurare aperitionem matris. — Idemque notat Gobat, tr. 2, n. 260.

<sup>1</sup>) Dictum istud apud Cangiamila reperire nequivi.

<sup>2</sup>) Cangiamila, *Op. cit.*, lib. 2, cap. 2, n. 9, aliquot ex his signis, non tamen omnia affert.

tur: quod fieri nullo modo potest. Idque confirmant ex S. Isidoro<sup>1</sup>, qui sic loquitur: *Qui natus adhuc secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest.* Et ex Rituali Romano<sup>2</sup>, ubi dicitur: *Nemo in utero matris clausus baptisari debet.*

*Secunda* vero sententia satis probabiliter affirmat<sup>a)</sup>. Et hanc tenent Suarez<sup>3</sup>, Continuator Tournely<sup>4</sup>, Holzmann<sup>5</sup>, Elbel<sup>6</sup> cum Babenstuber; et Croix<sup>7</sup> cum Coninck<sup>b)</sup>, Pignatelli, Ledesma<sup>c)</sup>, Victoria, Dicastillo et Aversa; atque non parum adhaeret noster Pontifex Benedictus XIV<sup>8</sup>. Ratio, quia talis infans, cum jam existat homo viator, bene potest Baptismum suscipere.

Nec obstat ratio opposita, quod nequeat renasci qui nondum est natus. — Vere enim aliquis potest dici natus, non solum cum ex utero egreditur, sed etiam cum in utero jam vivit; juxta illud Angeli ad Joseph de conceptu Verbi incarnati, Matth. 1, [20]: *Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est.* Idque asserit idem D. Thomas<sup>d)</sup>, dicens: *Duplex est carnalis nativitas, prima in utero, secunda extra uterum.* Et apertius hoc probatur ex cap. 4, de bapt., ubi Innocentius III exprimit tum dici hominem nasci cum concipitur, in-quiens: *In carnali generatione, qua proles ex viro et femina nascitur.* Nota τὸ ex viro et femina nascitur: ergo proles tantum ex viro et femina generata, bene dicitur nata. — Et de hac nativitate congrue explicari potest textus Joannis: *Nisi quis renatus fuerit, etc.* Nam ex Triden-

tino<sup>9</sup> textus ille sic explicatur: *Ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt.* Ergo, sicut peccatum originale per solam generationem contrahitur: ita pariter, ut homo per gratiam regeneretur, sufficit ut sit jam generatus. Et ideo a concilio Baptismus vocatur regeneratio, quae non requirit nativitatem ex utero; cum non haec dicatur generatio, sed tantum illa nativitas quae fit in utero et qua homo fit filius Adam.

Atque tandem D. Thomas in hanc sententiam clare descendisse videtur<sup>10</sup>: ubi, postquam negavit posse puerum baptizari in utero matris, ratione ductus, quia, ut ait, *corpus... infantis, antequam nascatur ex utero, non potest aliquo modo abluui aqua;* statim addit: *Nisi forte dicatur quod ablutio baptismalis qua corpus matris lavatur, ad filium in ventre existentem perveniat; sed hoc esse non potest.* — Ergo S. Doctor, sicut etiam S. Augustinus, S. Isidorus et Rituale Romanum, negando puerum posse baptizari in utero matris, intelligunt de puero in utero omnino clauso, quem valide baptizari per ablu-tionem corporis matris Julianus et alii haeretici perperam contendebant (contra quos scripsit Augustinus); non vero de puero qui per aliquod instrumentum potest tingi aqua: hoc enim casu, ut ait [Contin.] Tournely<sup>11</sup>, explicans verba Augustini, per uteri aperitionem saltem inchoate dicitur natus. Et ideo D. Thomas dixit puerum in utero non posse baptizari, nisi ablutio ad filium in ventre existentem perveniat. — Addidit quidem: *Sed hoc esse*

consult. 153. - Victor., Sum., de Bapt., num. 32. - Dicast., tr. 2, de Bapt., disp. 2, dub. 5, num. 62. - Aversa, qu. 68, sect. 1, v. *Quod si.* — <sup>9</sup> De Synodo, lib. 7, cap. 5, a n. 3. — <sup>10</sup> Sess. 5. de Peccat. orig., num. 4. — <sup>11</sup> 3 P., qu. 68, artic. 11, corp. — <sup>12</sup> De Bapt., cap. 3, artic. 2, concl. 1, v. *Collig.* 3.

<sup>1</sup> Lib. 1 sentent., cap. 22, num. 5. — <sup>2</sup> De baptizandis parvulis. — <sup>3</sup> Qu. 68, art. 11, in comment. — <sup>4</sup> De Bapt., cap. 3, art. 2, concl. 1, v. *Collig.* 3. — <sup>5</sup> De Bapt., n. 137. — <sup>6</sup> Confer. 4, de Bapt. natura, n. 22; et confer. 6, de Subjecto Bapt., n. 50 et 51. - *Babenst.*, de Bapt., art. 2, num. 23. — <sup>7</sup> Lib. 6, part. 1, num. 292. - *Pignat.*, tom. 1,

107. - a) In Hom. apost., tr. 14, num. 10, S. Doctor dicit: « Valde probabiliter affirmant ».

b) Coninck, qu. 66, n. 78, id satis innuere videtur, scribens: « Nullo modo posse baptizari puerum ita adhuc utero matris conclusum aut corio insutum, ut nulla ratione ab aqua possit attingi ».

c) Petrus de Ledesma, Sum., de sacram. Bapt., cap. 3, dub. 3, dicit satis esse ad Baptismum quamlibet corporis partem abluui;

sed cap. 8, negat infantes in uteris maternis existentes ullo modo posse baptizari; ratio tamen quam affert excluditur in praesenti casu: scilicet ablu-tionem non posse fieri in utero.

d) Verba haec sensum, non textum S. Thomae exhibent, in 4, dist. 6, qu. 1, art. 1, solut. 1, corp.; et sol. 2, ad 1; sed fatendum est juxta S. Thomam, dict. sol. 2, ad 1, in Baptismo praesupponi nativitatem ex utero: « Generatio spiritualis, inquit, quae fit per

non potest; intelligendo utique de ablu-tione sine aperitione uteri: ergo si potest ablutio pervenire, ut bene arguit Summus Pontifex Benedictus XIV, bene potest puer baptizari. — Et quod possit, ait noster Pontifex cum Comitolo<sup>e)</sup> constare ex judicio medicorum et obstetricum. Immo affert doctrinam Silvestri et Vasquez, qui dicunt infantem involutum in secundina valide baptizari; quia haec habetur velut pars infantis, cum ipsa continetur cum infantis umbilico. Idque probabile censent Laymann<sup>1</sup> ex Angelo et Armilla, ac Diana<sup>2</sup> cum Praeposito.

His positis, puto in casu necessitatis omnino infantem (sub conditione tamen) baptizandum esse in praedictis casibus<sup>f)</sup>.

Si puer caput emiserit, valide baptizatur.

Hic autem sedulo animadvertendum est id quod docet D. Thomas<sup>3</sup>, dicens: *Expectanda est totalis egressio pueri ex utero ad Baptismum, nisi mors imminet. Si tamen caput egrediatur..., debet baptizari, periculo imminente: et non est postea rebaptizandus, si eum perfecte nasci contigerit. Et videtur idem faciendum, quae-cumque alia pars egrediatur, periculo imminente: quia tamen in nulla exteriorum partium integritas vitae ita consistit,*

Bened. XIV, de Synodo, lib. 7, cap. 5, num. 3 et 5. - Silvest., v. *Baptismus IV*, quaer. 1. - Vasq., disp. 145, cap. 4, num. 31. — <sup>1</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 3, num. 3. - Ang., v. *Baptismus VI*, n. 4. - Armil., v. *Baptismus*, n. 28. — <sup>2</sup> Part. 5, tr. 3, resol. 4. - Praepos., qu. 66, art. 8, dub. 3, n. 90. — <sup>3</sup> 3 P., qu. 68, art. 11, ad 4. — *Sambotius*, is est

sicut in capite, videtur quibusdam quod propter dubium, quacumque alia parte corporis abluta, puer post perfectam nativitatem sit baptizandus sub hac forma: *Si non es baptizatus, ego te baptizo.* Quidquid autem dicant Sambotius et Pontas, apud [Contin.] Tournely<sup>4</sup>, nempe quod puer etiam eo casu baptizatus in capite, est sub conditione rebaptizandus, quia non dicitur natus qui solum caput extra matrem extulit; certum tamen mihi est oppositum ex praefata doctrina D. Thomae et aliorum communiter cum Rituali Romano<sup>5</sup>, ubi id expresse sic confirmatur: *Si infans caput emiserit, et periculum mortis immineat, baptizetur in capite; nec postea, si vivus evaserit, erit iterum baptizandus.*

Neque sub conditione rebaptizandus.

Quaeritur<sup>3°</sup>. *An valeat Baptismus, si aqua tantum vestes aut crines baptizandi tangat?*

Si tangat tantum vestes, invalidus est Baptismus; ut merito dicunt Concina<sup>6</sup>, Elbel<sup>7</sup>, et Salmant.<sup>8</sup> cum aliis communiter (contra Leandrum<sup>9</sup>), qui laudat Sotum, Valentia, etc.).

Si vestes tantum tangantur, invalidus Baptismus.

Idem dicunt Concina<sup>9</sup> et Bonacina<sup>10</sup> cum aliis de Baptismo cum ablu-tione cri-

Si crines, dubius.

Sainte-Beuve, Cas., tom. 3, cas. 297. - Pontas, v. *Baptismus*, cas. 17. - <sup>4</sup> De Bapt., cap. 3, art. 2, concl. 1, collig. 2, v. *Quin et censent.* — <sup>5</sup> De pueris baptizandis. — <sup>6</sup> De Bapt., cap. 5, n. 8. — <sup>7</sup> De Bapt., n. 23. — <sup>8</sup> Tr. 2, cap. 2, n. 37. — <sup>9</sup> Loc. cit., num. 7. — <sup>10</sup> Disp. 2, de Bapt., qu. 2, punct. 3, n. 21.

ministerium hominum in Baptismo, praesupponit nativitatem ex utero, qua homo in notitiam et societatem hominum prodit ».

e) Comitolo, non citatus hic a Benedicto XIV, id tamen, lib. 1, qu. 13, supponit; casum enim sic initio quaestionis ponit: « Infantis caput abluuit in matris utero, pronuntiata tota forma baptismi ». Idque postea non refellit.

f) Et ita etiam auctores non pauci allegati pro secunda sententia, ut Contin., Tournely, Holzmann, Elbel, Babenstuber, Croix, Pignatelli, dicentes vel dubium esse illum Baptismum, vel puerum esse rebaptizandum sub conditione. — Idemque de infante qui in secundina adhuc inclusus fuit baptizatus dicunt aut innuunt Armilla, Diana et Praepositus. — Quod concordat cum decreto S. C. C., diei 12 Julii 1794 in Sutrina, quo declaravit Baptismum iterandum esse sub conditione, in quodam casu quo fetus in utero supra verticem

baptizatus erat. Vide *Thesaur., resol. anno 1794, fol. 165 et seqq.* — Et hoc etiam si medicus vere peritus et probus testetur per methodum longe perfectiorem, quae nunc adhibetur, aquam sine dubio caput infantis in utero attingisse, uti declaravit eadem S. C. C., die 16 Martii 1897.

g) Leander utique citat Sotum et Valentia, quasi innuentes probabilem esse sententiam quae affirmat valere hujusmodi Baptismum. Ipse tamen, de *Bapt., disp. 2, qu. 23*, sicut et S. Alphonsus, contrariam probabiliorem existimat: « Probabilius longe respondeo, non fieri Baptismum, nisi baptizandi vestes ita delicatae sint ut aqua attingere possit carnes ». — Sotus vero, in 4, dist. 3, art. 7, v. *Dubium autem*; Valentia, in 3 P., disp. 4, qu. 1, punct. 2, v. *Quinto sequitur*, non satis accurate citantur; negant enim valere sacramentum; et ad summum concedunt dubium esse, proindeque sub conditione iterandum esse volunt.

num dumtaxat. — Sed absolute oppositum tenent Toletus, Valentia<sup>h)</sup>, Coninck, Henriquez, Graffius, Ledesma<sup>h)</sup>, etc., apud Lugo<sup>1)</sup>; quorum sententiam merito ipse Lugo probabilem putat. Ratio, quia, licet capilli non sint animati, non sunt tamen pura excrementa; sed bene sunt hominis partes: sicut est cutis exterior, quae nec etiam informata est ab anima, et tamen haec utique in Baptismo aqua abluitur, non cutis interior. — Hinc recte dicunt Laymann<sup>2)</sup>, Lugo<sup>3)</sup>, Viva<sup>4)</sup>, Salmant.<sup>4)</sup>; et Diana<sup>5)</sup> cum Soto, Vasquez<sup>1)</sup>, Praeposito et Ochagavia, Baptismum in crinibus collatum saltem dubium esse; et ideo in necessitate, si in alia parte praestari non potest, adhibendum esse sub conditione.

Et idem dicendum est cum Salmant.<sup>6)</sup> et D. Thoma<sup>7)</sup>, de Baptismo qui non possit conferri, nisi in digito, pede aut alia minima parte corporis.

Quaeritur 4<sup>o</sup>. *An valeat Baptismus collatus in alia parte principali quam in capite, puta in scapulis, humeris vel pectore?*

Tolet., lib. 2, cap. 18, i. f. - Coninck, qu. 66, n. 78, i. f. - Henricq., lib. 2, cap. 7, num. 2. - Jacob. de Graffius, Decis. aur., part. 2, lib. 1, cap. 4, n. 29. - Resp. mor., lib. 1, dub. 1, n. 3. - Lugo, loc. cit., a n. 4. - Lib. 5, tr. 2, cap. 3, num. 3, v. f. - Loc. cit., n. 11. - Tr. 2, cap. 2, num. 41. - Part. 5, tr. 3, resol. 4. - Sotus, in 4, dist. 3, art. 7, v. *Equid autem*. - Praepos., qu. 66, art. 8, dub. 3, n. 90. - Ochagav., de Bapt., qu. 4, n. 3 et 5. - Loc. cit., n. 41. - 3 P., qu. 68, art. 11, ad 4. - Disp. 20, sect. 2,

Communissima est sententia affirmativa, quam tenent Busenbaum, ut supra, [n. 105, ad 4], et Suarez<sup>8)</sup>, Filiucci<sup>9)</sup>, Holzmann<sup>10)</sup>, et alii apud Croix<sup>11)</sup>; et Platel apud Croix<sup>12)</sup>, putant dubium esse talem Baptismum. Et ratio videtur assignari a D. Thoma<sup>14)</sup>, ubi ait: *Quia tamen in nulla exteriorum partium integritas vitae ita consistit sicut in capite; videtur quibusdam quod propter dubium, quacumque alia parte corporis abluta, puer post perfectam natiuitatem sit baptizandus sub hac forma: Si non es baptizatus, etc.*

Unde, propter aliquale dubium quod in tali Baptismo, praeterquam in capite collato, intervenit, merito dicunt Viva<sup>15)</sup>; et Salmant.<sup>16)</sup> cum Trullench, Ledesma<sup>1)</sup>, Torreblanca et Antonio a Spirito S., ad majorem cautelam licite posse illum repeti<sup>m)</sup>. — Et idem sentit Contin. Tournely<sup>17)</sup>, dicens: *Sed quia in re tanti momenti tutiora semper sequenda sunt, quisquis alibi quam in capite baptizatus fuerit..., denuo rebaptizandus est sub conditione; ex D. Thoma, qui alibi<sup>18)</sup> sic ait: Si*

n. 11, v. *Quapropter*. - Tr. 2, cap. 2, num. 33. - De Bapt., n. 105. - Lib. 6, part. 1, n. 267. - De Bapt., cap. 5, n. 9. - Platel, de Sacram., n. 116. - Loc. cit., n. 267. - Loc. cit., ad 4. - De Bapt., qu. 2, art. 3, n. 5. - Loc. cit., num. 39. - Trull., de Sacram., lib. 2, cap. 1, dub. 3, num. 9. - Torrebl., Jus spiritual., lib. 2, cap. 4, n. 33. - Anton. a Sp. S., Director. confess., part. 1, tr. 2, disp. 2, n. 45. - De Bapt., cap. 3, art. 2, concl. 1, collig. 2, v. *Sed quia*. - 3 P., qu. 66, art. 7, ad 3.

Si pars principalior, communissime dicitur validus.

Potest tamen sub conditione repeti.

Ad valorem sufficit una ablutio.

Trina requiritur de praeecepto gravi.

*totum corpus aqua non possit perfundi propter aquae paucitatem..., oportet caput perfundere, in quo manifestatur principium animalis vitae.*

Quaeritur 5<sup>o</sup>. *Utrum ad Baptismum requiratur trina ablutio?*

Quod ad validitatem spectat, nulli dubium, validum esse Baptismum per unam abluitionem collatum; ut omnes docent cum D. Thoma<sup>1)</sup>, ex can. *De trina, de consecr., dist. 4*, ubi D. Gregorius id ut certum habet, dicens: *Reprehensibile esse nullatenus potest, infansem in Baptismate vel ter vel semel immergere*. Et aliquando in Ecclesia una tantum immersio adhibita fuit; ut ferunt Antoine, Renzi et alii. — Verum Laymann<sup>2)</sup> et Elbel<sup>3)</sup> dicunt in hoc servandam esse consuetudinem uniuscujusque Ecclesiae. In nostro autem Rituali Romano trina praecipitur infusio.

Utrum vero hic ritus servandus sit sub mortali?

Negat Holzmann. — Sed verius affirmat Renzi; quia hujusmodi ritus est materia satis gravis; cum enim in Baptismo exprimitur mysterium Trinitatis, con-

1) 3 P., qu. 66, art. 8. - Antoine, de Bapt., qu. 3. - Renzi, de Bapt., cap. 1, qu. 10. - Lib. 5, tr. 2, cap. 3, n. 4, i. f. - Confer. 4, de Bapt. natura, n. 24. - Holam., de Bapt., n. 101. - Renzi, loc. cit. - Loc. cit., art. 8, corp. - Antoine, loc. cit. - Regin., lib. 27, n. 20 et 31. - Laym., tr. 2, cap. 3, num. 4, i. f. - In 3 P., disp. 145, cap. 3, n. 23, et praesertim cap. 4, num. 32. - Henricq., lib. 2, cap. 7, num. 2; et cap. 21, n. 4. - Lib. 5, tr. 2, cap. 3, n. 1, v. f. - Leand., de Bapt., disp. 2, qu. 3. - Diana, part. 5, tr. 3, resol. 5. - Ochagav., de Bapt., qu. 4,

gruum est ut trina ablutione conferatur. Idque expresse docet D. Thomas<sup>4)</sup>, loquens de trina immersione quae tunc fieri solebat, dicens: *Et ideo graviter peccaret aliter baptizans; quasi ritum Ecclesiae non observans*. — Et hic bene advertunt Antoine, et Busenbaum, ut supra, [n. 105, ad 5], cum Reginaldo et Laymann, curandum ut forma non perficiatur antequam trina fiat ablutio.

Quaeritur 6<sup>o</sup>. *An sit materia sufficiens una vel altera gutta ad baptizandum?*

Affirmant Vasquez<sup>5)</sup>, et Henriquez apud Laymann<sup>6)</sup>; ac Leander et Diana cum Ochagavia, Maeratio, etc. — Sed negant communiter Laymann<sup>7)</sup>, [Contin.] Tournely<sup>8)</sup>; et Concina<sup>9)</sup> cum Soto, Suarez et Valentia; praesertim si gutta non fluit<sup>n)</sup>. — Probabilius tamen Holzmann<sup>10)</sup> et Elbel<sup>11)</sup> dicunt esse materiam dubiam. — Sed si baptizans motu digiti madefacti ablueret partem corporis baptizandi, Anacletus<sup>12)</sup>, et Bonacina<sup>13)</sup> cum Scoto<sup>o)</sup>, Coninck<sup>p)</sup>, Filiuccio et communi habent Baptismum ut certum; licet [Contin.] Tournely adhuc de hoc dubitat.

n. 8. - Maerat., de Bapt., disp. 2, sect. 4, v. *Quod ad posteriorem*. - Loc. cit., n. 1, coroll. 3. - De Bapt., cap. 3, art. 2, concl. 1, collig. 1. - De Bapt., cap. 3, n. 4. - Sotus, in 4, dist. 3, qu. un., art. 7, v. *Atque idem*. - Suar., disp. 20, sect. 2, n. 12, v. *Quare non est*. - Valent., disp. 4, qu. 1, punct. 2, v. *Itaque sequitur*. - De Bapt., num. 99. - Confer. 4, de Bapt. natura, n. 16. - Tr. 14, de Sacram., dist. 3, n. 14. - Disp. 2, de Bapt., qu. 2, punct. 3, n. 14, i. f. (ex Comitolo quem non reprobatur). - Fill., tr. 2, cap. 2, n. 34. - Contin. Tourn., de Bapt., cap. 3, art. 2, collig. 1, i. f.

Una vel altera gutta, probabilius materia dubia.

<sup>h)</sup> Valentia, loc. cit., v. *Sexto sequitur* ut probabilius tantum sic tenet; hinc asserit iterari posse sub conditione. — Petrus de Ledesma, de Baptismo, cap. 3, concl. 3, dub. 3, docet hujusmodi Baptismum valde probabiliter validum esse; dicit tamen contrariam sententiam probabilior. — Quapropter hi auctores non dissentiant ab opinione quae S. Alphonso probatur.

<sup>i)</sup> Quin etiam Viva, de Bapt., qu. 2, art. 3, n. 5, absolute scribit: « Non satis est quod aqua tangat capillos ».

<sup>j)</sup> Vasquez, disp. 145, cap. 4, num. 31: « Satis esse, inquit, si aqua solum contingat capillos ». At disp. 146, cap. 4, n. 26 et 27, in universum docet iterandum esse Baptismum, ubi adsunt contraria doctorum opiniones.

<sup>k)</sup> Anacletus non videtur dubitare de valore hujus Baptismi; nam, tr. 14, dist. 3, n. 19, quando in capite non potest baptizari, « in casu necessitatis, inquit, utputa propter peri-

culum mortis..., semper facienda est ablutio in alia parte principaliori, quantum fieri potest ». His autem absolute dictis, addit n. 20: « Si vero pars illa sit minus principalis, ac proinde dubia, ... tunc, si infans evadat periculum ac perfecte nascatur, iterum baptizandus est sub conditione ».

<sup>l)</sup> Ledesma, loc. cit., dub. 3, ita loquitur de Baptismo in crinibus tantum collato; ceteroquin docet « necessitate sacramenti sufficere quamlibet corporis partem abluui ».

<sup>m)</sup> Quin etiam Viva, Torreblanca et Antonius a Spiritu Sancto Baptismum iterandum esse volunt. — Et concordat Rituale Romanum, tit. 2, cap. 1, n. 16, ubi dicit: « Si infans caput emisit, et periculum mortis imminet, baptizetur in capite; nec postea si vivus evaserit, erit iterum baptizandum. At si aliud membrum emisit, quod vitalem indicet motum, in illo, si periculum impendat, baptizetur; et tunc si natus vixerit, erit sub conditione baptizandus ».

<sup>n)</sup> A qua sententia non videntur dissentire Leander et Ochagavia; Leander enim scribit probabilius satis esse unam alteramve guttam, « praesertim si per corpus fluant »; et Ochagavia: « Debet tamen aqua per corpus vel per aliquam ejus partem defluere ».

<sup>o)</sup> Scotus id satis innuit, scribens in 4, dist. 3, qu. 3, v. *Hic dicendum*: « Sufficit lotio in communi dicta corporis ab aqua, alio hoc agente; quod nihil aliud est, nisi quod

oportet istum contactum corporis ab aqua fieri ab alio causante contactum istum; et isto modo intelligendo abluitionem et lotionem, lotio est materia proxima ».

<sup>p)</sup> Coninck, qu. 66, n. 83, non loquitur de hoc casu, ubi sermo est de extremo digito baptizantis; sed solum de extremo baptizandi digito: utrum scilicet valide quis baptizetur in extremo digito; quem dicit esse Baptismum dubium.



## DUBIUM II.

## Quae sit Forma Baptismi.

108. Vide apud Busenbaum quae sint formae validae. Quae invalidae. Quae dubiae. — 109. Quot modis possit forma variari: 1° Per mutationem. — 110. 2° Per corruptionem. 3° Per transpositionem. — 111. 4° Per additionem. — 112. 5° Per diminutionem. — Hinc dub. 1. An invalidet Baptismum omissio conjunctionis Et. — Dub. 2. An omissio praepositionis In. — Dub. 3. An valeat Baptismus, collatus tantum In nomine Christi.

Forma Baptismi.

108. - « Resp. Forma necessaria Baptismi est haec: *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.* « A qua non differt illa Graecorum substantialiter: *Baptizetur* (vel, ut Arcudius « vult, *baptizatur*) *servus Christi, in nomine Patris, etc.* ». — [Damnata fuit propositio 27 ab Alexandro VIII: *Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus: In nomine Patris, etc., praetermissis illis: Ego te baptizo*].

Quaenam in ea sint significanda.

« Porro quinque sunt, quae significantur in prolatione formae, juxta quae valor ejus debet expendi: 1° *Persona baptizantis*, saltem implicite: quod in forma Graecorum non negligitur, cum *te baptizetur* idem valeat ac *baptizetur a me.* — 2° *Actus baptizandi*; quia alioqui forma non haberet connexionem cum materia, eamque non determinaret, cum ablutio ad varios fines possit referri. — 3° *Persona baptizandi*; quia, uti ablutio, ita et forma circa certam personam versari debet. — 4° *Unitas divinae naturae*: quod fit per voces, *in nomine.* — 5° *Trinitas Personarum*: idque explicite et distincte vulgaribus vocabulis. — Filliucius<sup>5</sup>, Laymann<sup>6</sup>, Bonacina<sup>7</sup>.

Mutationes non tollentes valorem.

« Unde resolves: 1° *Valide* baptizat, etsi venialiter peccet, qui pro *Baptizo*, dicit *Abluo, Mer-go, etc.*; vel pro *Te*, utitur communi nomine Graecorum more, vel proprio; vel *baptizo Petrum*; vel qui honoris causa dicit *baptizo Dominationem vestram*<sup>a)</sup>. — Laymann<sup>1</sup>, Bonacina<sup>2</sup>.

Arcud., Concord. Eccles. occid. et orient., lib. 1, de Bapt., cap. 8. — <sup>1</sup> Tr. 2, cap. 3. — <sup>2</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 4. — <sup>3</sup> De Bapt., qu. 2, punct. 4. — <sup>4</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 4, n. 2

108. - a) Auctores citati loquuntur de similibus appellationibus loco verbi *Te*; sed Bonacina dicit mortale peccatum admitti si usurpentur.

« 2° *Valet* forma, etsi omittat *Ego et Amen*; quia omnia significata per formam salvantur. Secus, si omittat *Te*; quia non significatur persona baptizandi. Ibid.<sup>3</sup>. — [Est communis cum Salmant.<sup>4</sup>].

« 3° *Non valent* hae formae: 1° *Baptizo te in nominibus Patris et Filii, etc.*; quia multiplicatur natura, seu essentia divina. — 2° *Baptizo te in Patre et Filio, etc.*; vel *cum Patre, etc.*; vel *per Patrem*; vel *in nomine Patris per Filium, in Spiritu Sancto*; vel *in fide, virtute, majestate Patris, etc.* (quam tamen alii dubiam esse volunt). Ratio, quia significantur diversitas essentiae, aut certe unitas non satis exprimitur. — 3° *Baptizo te in nomine Dei, vel Sanctissimae Trinitatis*; vel *in nomine Dei unius et trini*; vel *in nomine trium Personarum*: vel *Patris et Filii*, omissa Persona Spiritus Sancti. — Ratio, quia non exprimitur distincte tres Personae. — 4° *In nomine Domini nostri Jesu Christi*. Quia tamen forma olim Apostolos usos sed ex speciali privilegio, multi docent; alii negant, dicuntque eos baptizasse *in nomine Christi*, addendo illud nomini secundae personae, non omissis nomimbus aliarum Personarum. — Cum ergo Nicolaus Papa dixit eam formam valere vel intellexit, si pro nomine *Filii* ponatur nomen *Christi*; vel *in nomine Christi* pro *vice Christi* intellexit; vel locutus est ut doctor privatus. — Vide auctores citatos.

et 3; cfr. tr. 1, cap. 4, n. 4. — <sup>4</sup> Disp. 2, de Bapt., qu. 2, punct. 4, n. 9, 10 et 17. — <sup>5</sup> Bonac., loc. cit., n. 11 et 16. — <sup>7</sup> Tr. 2, cap. 3, n. 1, 6 et 39.

Formae dubiae.

« 4° *Dubiae* sunt formae, ob sententiam « utrinque probabilem auctorum: 1° *Baptizo te in nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus Sancti*; vel: *Baptizo te in nomine Patris, baptizo te in nomine Filii, etc.* — Ratio, quia non exprimitur unitas essentialis. — 2° *Baptizo te in nomine Genitoris, Geniti et Spirati*; vel *in nomine Omnipotentis, Sapientis et Boni*; vel *in nomine Ingenti, Geniti et Doni*. — Ratio, quia Trinitas Personarum non explicatur vocibus quibus a fidelibus omnibus debet et potest apprehendi. — 3° *Baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, et Mariae Virginis*. — Quia dubium est de intentione ministri: qui, si eo sensu voluit dicere *Mariae*, quo Patris et Filii et Spiritus Sancti, non valet; cum sit contra sensum essentialem a Christo intentum. Si vero tantum voluit illam invocare, ut coadjutricem gratiae impetrandae vel aliter, valet; cum tantum sit mutatio accidentalis. — Filliucius<sup>b)</sup>. « Vide etiam Laymann<sup>1</sup>, et Bonacina<sup>2</sup> ».

Forma legitima.

109. - Vera et legitima forma Baptismi haec est: *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen*<sup>a)</sup>. — Ita definitum in concilio Lateranensi<sup>3</sup> et in Tridentino<sup>4</sup>, ex illo Matth. xxviii: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*.

Quot modis variari possit.

Multipliciter autem potest haec forma variari, nempe 1° per verborum mutationem; 2° corruptionem; 3° transpositionem; 4° additionem; 5° diminutionem. — In his autem omnibus, ad discernendum quando variatio invalidet vel non sacramentum, attendi debet an ipsa sit sub-

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 4, n. 4, 5 et 6. — <sup>2</sup> Disp. 2, qu. 2, punct. 4, n. 12. — <sup>3</sup> Cap. Firmiter, § 4, de Summa Trinit. — <sup>4</sup> Sess. 7, de Bapt., can. 4. — <sup>5</sup> 3 P., qu. 60, art. 8. — <sup>6</sup> De Sacram. i. g., disp. 2, num. 107. — <sup>7</sup> Qu. 60, art. 8, n. 68. — <sup>8</sup> Lib. 6, part. 1, n. 30. — *Suar.*, de Sacram. i. g., disp. 2, sect. 4, n. 6, v. *Sed ut haec.* - *Cajetan.*, in 3 P., qu. 60, art. 7, ad 2. - *Dicast.*, tr. 1, de Sacram. i. g.,

b) Filliucius, tr. 2, cap. 3, n. 50 et 60, non loquitur de invocatione B. M. V. Ceterum validum habet Baptismum in cujus forma, verba *In nomine* ter pronuntiantur; dubium autem Baptismum, collatum cum verbis aequivalentibus nominibus Patris, Filii et Spiritus Sancti.

stantialis an accidentalis. *Substantialis* enim variatio est cum corrumpitur substantia sensus verborum a Christo Domino intenti; et haec quidem sacramentum invalidat. *Accidental*is vero est cum idem remanet sensus; et haec non invalidat, nisi, ut advertit D. Thomas<sup>5</sup>, aliquis formam sic mutando, *intendat... alium ritum inducere, qui non sit ab Ecclesia receptus...; quia non videtur quod intendat facere id quod facit Ecclesia*.

Hinc 1°. Quod ad MUTATIONEM verborum pertinet, variatio *accidental*is est: 1°. Si mutatur idioma; ut communiter omnes docent. — Immo Lugo<sup>6</sup>, Coninck<sup>7</sup>; et Croix<sup>8</sup> cum Suarez, Cajetano, Dicastillo et Arriaga<sup>b)</sup>, dicunt hoc procedere, etiamsi plura idiomata in eadem formam conflarentur. Quia, licet tunc propositio non videatur moraliter significativa apud homines; in sacramentis tamen non requiritur ut audiens, vel ut proferens verba intelligat: modo voces per se sint significativae, et ipse velit id significare quod Christus intendit.

Mutatio idiomatis, accidentalis.

Praeterea, recte notat Croix cum Sà, Trullench, Victoria, Reginaldo, Gobat et Dicastillo, melius esse ut mulieres caeterique rudes, si baptizent, utantur lingua materna; cum nesciant perfecte proferre latinam. — Advertunt tamen Salmant.<sup>9</sup> cum Suarez et Filliucio, verbum *baptizo* retinendum quantum fieri potest, dicendo: *Io ti battezzo etc.*; quia ex accommodatione verborum factum est ut verbum hoc utriusque linguae inserviat.

2°. Etiam variatio *accidental*is est, si substituantur verba synonyma, v. g. *abluo, lavo, iningo*, pro *baptizo*; ut communiter dicunt cum Busenbaum (ut supra, n. 108),

Substitutio verborum synonymorum, mutatio accidentalis.

disp. 1, dub. 11, n. 179, i. f. — *Croix*, lib. 6, part. 1, n. 30. — *Sà*, v. *Baptismus*, n. 12. — *Trull.*, lib. 2, cap. 1, dub. 4, num. 12. — *Victor.*, Sum., de Bapt., num. 13, i. f. — *Regin.*, lib. 27, n. 31. — *Gobat*, tr. 2, num. 88. — *Dicast.*, tr. 1, de Sacram. i. g., disp. 1, n. 117; et tr. 2, de Bapt., disp. 1, n. 131. — <sup>9</sup> Tr. 2, cap. 3, n. 12. — *Suar.*, disp. 21, sect. 2, n. 2. — *Fill.*, tr. 2, cap. 3, n. 51.

109. - a) In Rituali Romano deest verbum *Amen*. Hinc recte in *Hom. Apost.*, tr. 14, n. 14, et in *Confess. diretto*, cap. 13, n. 10, S. Doctor in exhibenda forma Baptismi omittit particulam istam. Cfr. notam b ad num. 11 supra. b) De forma in qua plura misceantur idiomata, Arriaga, de Sacram. i. g., disp. 7, n. 2,

Suarez<sup>1</sup>, Natalis Alexander<sup>2</sup>, Toletus<sup>3</sup>; Sporer<sup>4</sup> cum Laymann, Bonacina et Croix; Salmant.<sup>5</sup> cum Coninck et Leandro; Elbel<sup>6</sup>; et Concina<sup>7</sup> cum Soto, Vasquez, Berti et communi. — Contra Alensem, Gabrielem, etc., qui putant non valere talem Baptismum: quia tunc censetur minister non habere veram intentionem faciendi ritum Ecclesiae; cum illa diversa verba potius profanam quam sacramentalem significant ablationem. — Sed bene respondet Concina<sup>8</sup> quod tunc sacramentum, si infirmaretur, non jam infirmaretur ex defectu verborum, sed intentionis ministri: sed cum minister veram habet intentionem baptizandi, vere baptizat, determinando per intentionem verba illa profana ad ablationem sacramentalem (juxta dicta cum D. Thoma, n. 23, v. Prob. 4<sup>o</sup>).

Idem dicitur, si proferatur forma more Graecorum, nempe: *Baptizetur servus Christi in nomine Patris, etc.*; ut approbatum fuit ab Eugenio IV in concilio Florentino.

Utrum autem valeat Baptismus, si dicatur: *In nomine Genitoris, et Geniti, et Procedentis ab utroque?*

Affirmat Cajetanus<sup>9</sup>. Ratio (quam ait Concina<sup>10</sup> non carere suo fundamento), quia in communi theologorum sermone, pro eodem accipi solent nomina Genitoris, Geniti, etc. — Sed Baptismus taliter collatus saltem est dubius<sup>c)</sup>; ut docent Laymann<sup>11</sup>, Palaus<sup>12</sup>, Contin. Tournely<sup>13</sup>, Holzmann<sup>14</sup>, Salmant.<sup>15</sup>, Roncaglia<sup>16</sup>; et Concina<sup>17</sup> cum Estio, Suarez, Vasquez et communi thomistarum et scotistarum. Atque expresse

<sup>1</sup> Disp. 21, sect. 2, n. 2. — <sup>2</sup> Lib. 2, de Bapt., cap. 1, art. 3, reg. 10. — <sup>3</sup> Lib. 2, cap. 19, num. 2. — <sup>4</sup> Supplem. Sacram., cap. 1, num. 28, iv. — <sup>5</sup> Laym., lib. 5, tr. 1, cap. 4, assert. 5. — <sup>6</sup> Bonac., qu. 2, punct. 4, n. 17. — <sup>7</sup> Croix, lib. 6, part. 1, n. 31. — <sup>8</sup> Tr. 2, cap. 3, n. 11. — <sup>9</sup> Coninck, qu. 66, n. 44. — <sup>10</sup> Leand., disp. 3, qu. 10. — <sup>11</sup> Confer. 5, de Forma et Ministro Bapt., n. 43. — <sup>12</sup> De Bapt., cap. 7, n. 6. — <sup>13</sup> Sotus, in 4, dist. 3, art. 5, v. *De mutatione autem*. — <sup>14</sup> Vasq., disp. 142, cap. 2, num. 12. — <sup>15</sup> Berti, lib. 31, cap. 10, n. 1. — <sup>16</sup> Alens., Sum., part. 4, qu. 8, membr. 3, art. 3, § 3, v. *Item similiter*. — <sup>17</sup> Gabr. Biel, in 4, dist. 3, art. 3, dub. 3. — <sup>18</sup> Loc. cit., n. 6, i. f. — <sup>19</sup> D. Thom., 3 P., qu. 64, art. 8. — <sup>20</sup> Eugen. IV,

id docuit ipse D. Thomas<sup>18</sup>, ubi de hoc rationem assignat, dicens: *Sicut aqua sumitur ad Baptismum, quia ejus usus est communior ad abluendum; ita ad significandum tres Personas, in forma Baptismi assumuntur illa nomina* (scilicet Patris et Filii, etc.), *quibus communius consueverunt nominari Personae in illa lingua; nec in aliis nominibus perficitur sacramentum*. — Hinc (ut refert Contin. Tournely<sup>19</sup>), S. Pius V, cum nova editio fieret Romae operum Cajetani, jussit suam opinionem eradi<sup>d)</sup>.

Putat autem Concina<sup>20</sup>, validum esse Baptismum sic collatum: *In nomine Patris, et Jesu Christi, et Spiritus Sancti*; quia, ut ait, Jesus Christus vere est Filius Patris. — Sed huic merito non acquiescit Frassen<sup>21</sup>; quia, licet Jesus Christus noscatur esse Filius Patris, tamen hic id non sufficienter exprimitur. Secus, dicit Frassen, si pro nomine Spiritus Sancti dicatur *Spiritus Paracliti*; quia in verbo *Spiritus* jam satis exprimitur tertia Persona.

110. — II<sup>o</sup>. Quod ad CORRUPTIONEM verborum pertinet, notat D. Thomas<sup>22</sup> facilius induci mutationem substantialem, si corruptio fiat initio vocis; ut, si pro *Patris*, dicatur *Matris*.

Secus, si corruptio fiat in fine. — Hinc Zacharias Papa, in can. *Retulerunt, de consecr., dist. 4*, validum declaravit Baptismum sic collatum: *a) Ego te baptizo in nomine Patria, et Filia, et Spiritu Sancta*. Idem dicitur, si quis ob balbutiem vel praecipitiam dicat: *Batizo, aut Baba-*

Decret. ad Armenos, § *Primum omnium*; ap. Labbe, tom. 18, col. 547. — <sup>2</sup> In 3 P., qu. 66, art. 5, ad 7. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 11. — <sup>4</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 4, num. 4. — <sup>5</sup> Tr. 19, punct. 5, num. 16. — <sup>6</sup> De Bapt., cap. 4, art. 2, concl. 4, v. *Quaeres*. — <sup>7</sup> De Bapt., num. 114. — <sup>8</sup> Tr. 2, cap. 3, num. 33. — <sup>9</sup> Tr. 17, cap. 2, qu. 6. — <sup>10</sup> De Bapt., cap. 7, num. 11. — <sup>11</sup> Estius, in 4, dist. 3, § 6, v. *Si vero*. — <sup>12</sup> Suar., disp. 21, sect. 4. — <sup>13</sup> Vasq., disp. 144, cap. 2. — <sup>14</sup> 3 P., qu. 66, art. 5, ad 7. — <sup>15</sup> Loc. cit., art. 1, concl. 2, v. *Ceterum*. — <sup>16</sup> Loc. cit., num. 11. — <sup>17</sup> Scotus academ., tom. 10, tr. 1, disp. 1, art. 1, qu. 6. — <sup>18</sup> Frass., loc. cit. — <sup>19</sup> Loc. cit., qu. 60, art. 7, ad 3.

Corruptio initio vocis, facilius substantialis.

Ob balbutiem, accidentalis.

scribit: «Qui diceret eam non esse sufficientem formam, haud multum a vero aberraturum»; subdens inferius: «Nihilominus tamen, non caret etiam probabilitate contraria sententia».

c) Nota verbum S. Alphonsi: *Saltem* est dubius; nam aliqui auctores ex citatis proba-

bilis aut communius (ut dicunt) tenent esse invalidum; et sunt Holzmann, Concina, Estius.

d) Opinionem scilicet de Baptismo collato in nomine Christi.

110. — a) Zacharias validum esse ait Baptismum sic collatum, si ex sola linguae impe-

tizo, aut *Batizo* pro *Baptizo*; vel *Fili* pro *Filii*. Ratio hujus est, quia voces ita constitutae sunt, ut si aliquando cum vicio proferantur, idem significant<sup>b)</sup>. — Ita Concina<sup>1</sup>; et Croix<sup>2</sup> cum Lugo, Suarez et communi.

Et sic etiam valere Baptismum ait Concina<sup>3</sup> si dicatur abbreviate: *In nom. Patris, etc.*

III<sup>o</sup>. Quoad TRANSPOSITIONEM, inquit S. Thomas<sup>4</sup>: *Nomina et verba transposita idem significant*. — Hinc transpositio per se facit mutationem tantum accidentalem; ut si dicas: *Te baptizo ego in nomine Patris, etc.*

Idem dicunt Lugo<sup>5</sup>; et Croix<sup>6</sup> cum Toletus<sup>7</sup>, Dicastillo, Aversa et aliis, si dicas: *Te baptizo ego in nomine Filii, et Patris, et Spiritus Sancti*. — Nec obstat, si praeposendo Filium velles significare hunc esse principium Patris. Nam, ut recte ait Lugo<sup>7</sup>, contra Sotum<sup>8</sup>, ex naturali significatione, ipsum nomen Patris sonat esse principium Filii. Nec error ministri interius praeposuit valori sacramenti; ut docuit Nicolaus I ad consulta Bulgarorum<sup>9</sup> (apud Tournely<sup>9</sup>), ubi dixit: *Jam satis, inquit* (Augustinus), *ostendimus ad Baptismum, qui verbis evangelicis consecratur, non pertinere cujusquam vel dantis vel accipientis errorem: sive de Patre, sive de Filio, sive de Spiritu Sancto*

<sup>1</sup> De Bapt., cap. 7, n. 14. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 1, n. 36. — <sup>3</sup> Lugo, de Sacram. i. g., disp. 2, n. 108. — <sup>4</sup> Suar., disp. 2, sect. 4, n. 13, v. *Septima*. — <sup>5</sup> De Bapt., cap. 7, n. 14. — <sup>6</sup> 3 P., qu. 60, art. 8, ad 3. — <sup>7</sup> De Sacram. i. g., disp. 2, n. 117. — <sup>8</sup> Lib. 6, part. 1, n. 32. — <sup>9</sup> Dicast., tr. 2, de Bapt., disp. 1, n. 129. — <sup>10</sup> Aversa, qu. 66, sect. 5, v. *Octavo*. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 117. — <sup>12</sup> Resp. Nicolai I ad consult. Bulgar., cap. 104; cfr. Labbe, tom. 9, col. 1566. — <sup>13</sup> Praelect. de Bapt., qu. 1,

*aliter sentiat quam doctrina coelestis insinuat*.

111. — IV<sup>o</sup>. Circa ADDITIONEM valet Baptismus, si addantur formae verba sensum non corrumpentia; puta, ut docet S. Thomas<sup>10</sup>, si quis diceret: *In nomine Patris omnipotentis, et Filii unigeniti, etc.* Vel si diceret: *Ego te baptizo in nomine Dei Patris, qui te creavit, etc.* — Secus ait D. Thomas, si quis baptizaret dicendo: *In nomine Patris majoris, et Filii minoris*; nam sic tolleretur veritas sacramenti. — Validum tamen esse Baptismum putat Coninck<sup>11</sup>, si diceretur: *Baptizo te in nomine Patris, quem puto majorem, etc.* Idque non immerito; nam error (ut mox diximus) ministri, quem ipse per se junctam propositionem ibi adderet, non obstat sensui a Christo intento.

Quid, si quis diceret: *Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, etc.*? — Censet Bonacina<sup>12</sup> hunc Baptismum non esse validum; quia ibi non satis exprimeretur unitas divinae essentiae. — Sed probabilius validum esse censet Concina<sup>13</sup>; Palaus<sup>14</sup> cum Coninck<sup>15</sup>, Laymann<sup>16</sup>, Suarez et Henriquez; ac Diana apud Croix<sup>14</sup>. Ratio, quia repetitio nominis nullo modo sensum immutat; prout neque immutaretur sensus si diceretur: *In nomine Dei Patris, in nomine Dei Filii, etc.* Pluraque affert Concina Sacramentaria, in

art. 4, concl. ult., v. *De Nicolao I. — S. August., de Bapt., lib. 4, cap. 15; cfr. Migne, Patrol. lat., tom. 43, col. 168. — 10 3 P., qu. 60, art. 8, corp. — 11 Disp. 2, qu. 2, punct. 4, num. 5. — 12 De Bapt., cap. 7, n. 8. — 13 Tr. 19, punct. 5, num. 17. — 14 Suar., disp. 21, sect. 3, num. 10, v. *Sed quid? — Henric., lib. 2, cap. 8, num. 2. — Diana, part. 2, tr. 17, resol. 15. — 15 Lib. 6, part. 1, num. 34. — Concina, loc. cit., n. 8.**

ritia baptizans ita pronuntiaverit; secus vero, si ex errore aut haeresi.

b) Quamvis non omnes auctores omnia haec exempla proferant; omnes tamen principium generale exponunt a quo fluunt allata exempla.

c) Toletus, *lib. 2, cap. 19, n. 3*, id sane dicit, ita tamen limitando: «Dum non intendat errorem inducere contra fidem».

d) Sotus scilicet, *in 4, dist. 1, qu. 1, art. 8, i. f.*, obstat dicit si praeposendo Filium, velles significare hunc esse principium Patris.

III. — a) Coninck, *qu. 60, n. 71*, exemplum huic simile proponit. Postquam enim negavit validum esse Baptismum *in nomine Patris increati, et Filii creati a Patre*, addit: «Aliud

esset [scil. vere baptizaret], si haec verba expresse adderet, dicendo: *In nomine Patris increati, et Filii, quem credo creatum, etc.*

b) Coninck, *qu. 66, n. 58*, id concedit, «nisi quis perverse haec intelligat, et hac repetitione velit significare pluralitatem essentiae». Quam limitationem Palaus non animadvertit.

c) Laymann non satis accurate a Palaus citatur; nam, *lib. 5, tr. 2, cap. 4, n. 5*, proponit dumtaxat exemplum sequens: *Ego te baptizo in nomine...; ego te baptizo in nomine... etc.*; cujus formae validitatem facile defendi posse ait; in praxi tamen se non repugnat, ut Baptismus iteretur sub conditione; «quia non satis exprimi videtur unius divinitatis essentia». Et haec est ipsius S. Alphonsi opinio.

Additio sensum non corrumpens, non obest va-  
lori.

Quaedam formae dubiae vel invalidae.

Synonyma in significandis personis divinis.

Reddunt Baptismum dubium.

quibus *τὸ nomine* repetitum legitur. Idem dicitur Toletus <sup>d)</sup>, Estius <sup>d)</sup>, et Concina <sup>1</sup> cum Soto <sup>d)</sup>, Leandro, etc., si diceretur: *Ego te baptizo in nomine Patris, ego te baptizo in nomine Filii, etc.* Nec obstare ait Concina quod videantur istae tres formae imperfectae, ut objicit Comitulus; nam respondet hanc revera esse unam formam perfectam, cum moraliter continetur. — Attamen, quia prima opinio Bonacinae non est omnino probabilis, prout putant Busenbaum (ut supra [n. 108], ad 4.), Contin. Tournely <sup>2</sup>, Salmant. <sup>3</sup> cum Nuñez <sup>e)</sup>; ideo talem formam censeo non esse tutam <sup>f)</sup>.

Certe autem non esset validus Baptismus, si diceretur: *Ego te baptizo in nominibus Patris, et Filii, etc.*; quia sic nullo modo explicaretur unitas essentiae divinae. — Sicut etiam esset saltem valde dubius Baptismus collatus sequentibus formis: *In virtute Patris, etc.*; vel *in nomine SS. Trinitatis*; vel *in nomine Unius et Trini*; vel *in nomine trium Personarum*. — Vide Concina <sup>4</sup> et Sporer <sup>5</sup>.

<sup>1</sup> De Bapt., cap. 7, n. 12. - *Leand.*, disp. 3, qu. 26. - *Concina*, loc. cit. - *Comit.*, lib. 1, qu. 7. - <sup>2</sup> De Bapt., cap. 4, art. 2, v. f., v. *Sed quid*. - <sup>3</sup> Tr. 2, cap. 3, n. 20. - <sup>4</sup> Loc. cit., n. 10. - <sup>5</sup> Suppl. Sacram., cap. 1, num. 25. - <sup>6</sup> 3 P., qu. 60, art. 8. - <sup>7</sup> Tr. 2, cap. 3, num. 2 et 40. - <sup>8</sup> Suppl. Sacram., cap. 1, n. 28. - <sup>9</sup> De Sacram., tr. 2, disp. 3, qu. 3 et 32. - *Fill.*, tr. 2, cap. 3, num. 48 et 49; cfr. num. 63 et 64. - *Jacob. de Graffis*, Decis. aur., part. 2,

Si quis autem ad nomina trium Personarum adderet nomen B. V. Mariae, dicit D. Thomas <sup>6</sup> quod si hoc faceret mente haeretica, intendens Baptismum conferre in nomine Virginis, sicut in nomine SS. Trinitatis, invalidus esset; quia perverteretur vera divinitatis confessio. — Secus, si quis rusticus tantum ob importunam devotionem nomen Virginis adjuiceret.

112. - V<sup>o</sup>. Quod ad DIMINUTIONEM tandem verborum pertinet, certum est valere Baptismum, si omittantur verba *Ego* et *Amen*; ut omnes conveniunt. Et talem omissionem culpam venialem non excedere dicunt communiter Salmant. <sup>7</sup>, Sporer <sup>8</sup>; Leander <sup>9</sup> cum Filliuccio, Graffio, Soto, Vasquez, Palao, Turrecremata, Ledesma, Granada, Henriquez, etc.; quia haec verba non sunt de essentia Baptismi <sup>a)</sup>. — Sicut contra est verbum *Te*, cujus ommissio redderet quidem Baptismum invalidum; prout recte dicunt Petrocorensis <sup>b)</sup> et Concina <sup>10</sup> cum communi, adversus quosdam non audiendos.

Omissio verborum *Ego* et *Amen* non tollit valorem.

Omissio verbi *Te* tollit valorem.

lib. 1, cap. 3, n. 28. - *Sotus*, in 4, dist. 3, art. 5, v. *Quod si scisciteris*. - *Vasq.*, disp. 142, cap. 3, n. 30. - *Palao*, tr. 19, punct. 5, num. 2. - *Turrecr.*, in can. *Si non*, § *Ad primum*, n. 6, de consecr., dist. 4. - *Petr. de Ledesma*, de Bapt., cap. 4, post init., dub. 1, v. *Dico 2.* - *Jacob. de Granada*, in 3 P., contr. 4, de Bapt., tract. 2, disp. 1, num. 5. - *Henriq.*, lib. 2, cap. 8, num. 6. - <sup>10</sup> De Bapt., cap. 7, n. 4.

Quid de omissione copulae *Et*.

Quid de praepositione *In*.

Sed dubitatur 1<sup>o</sup>. Utrum invalidet Baptismum omissio conjunctionis *Et*, dicendo: *In nomine Patris, Filii, Spiritus Sancti?*

Negant Concina <sup>1</sup>; et Toletus, Comitulus ac Gobat, apud Croix <sup>2</sup>. Quia haec nomina Patris, Filii et Spiritus Sancti, utpote inter se relative opposita, jam significant distinctionem Personarum. — Affirmant vero Reginaldus <sup>c)</sup>, Vivaldus et Conradus, apud Croix <sup>3</sup>. — Sed ipse Croix cum Aversa recte censet satis esse ad valorem Baptismi, si particula *Et* praeponatur tertiae Personae. Nam, ex una parte, juxta communem loquendi usum, quoties plura nomina uni verbo copulativo junguntur, sufficit ut conjunctio *Et* praeponatur ultimo nomini. Ex altera parte, verbum *Et* videtur omnino exprimendum saltem ante ultimum nomen; cum nomen *Spiritus Sancti* per se non sit notionale, denotans processionem tertiae Personae: nomen enim Spiritus Sancti competit tam Patri quam Filio.

Dubitatur 2<sup>o</sup>. Utrum verbum *In* sit de essentia?

Affirmat Concina <sup>4</sup> cum Navarro <sup>d)</sup>, Soto <sup>e)</sup>, Comitolo, Gabriele <sup>f)</sup>, etc.; quia ommissio praefatae particulae variat sensum. Dicens enim: *Ego te baptizo nomine Patris, etc.*, ostendit baptizare auctoritate, potestate vel imperio trium Personarum. Sed *In nomine* significat in invocatione SS. Trinitatis; ut Tournely <sup>5</sup>. — At

<sup>1</sup> De Bapt., cap. 7, n. 13. - *Tolet.*, lib. 2, cap. 19, n. 2. - *Comit.*, lib. 1, qu. 9, propos. 5. - *Gobat*, tr. 2, num. 71. - <sup>2</sup> Lib. 6, part. 1, num. 35. - *Vivald.*, Candelabr. aur., de Bapt., de Forma, n. 21, (al., n. 33). - *Conrad.*, Resp. cas. consc., tom. 2, qu. 84. - <sup>3</sup> Loc. cit., num. 35. - *Croix*, loc. cit. - *Aversa*, qu. 66, sect. 5, v. *Septimo*. - <sup>4</sup> De Bapt., cap. 7, n. 7. - *Comit.*, lib. 1, qu. 9, n. 4. - <sup>5</sup> Praelect. de

<sup>c)</sup> Reginaldus, lib. 27, n. 30, dicit omissionem hujus copulae aut alius aequipollentis, rationem sufficientem praebere Baptismum sub conditione iterandi.

<sup>d)</sup> Navarrus satis innuit, dum in *Man.*, cap. 22, n. 5, excludit solum verba *Ego* et *Amen* a necessariis ad formae essentiam.

<sup>e)</sup> Sotus, in 4, dist. 3, art. 5, loquitur non de solo verbo *In*, sed de tota particula: *In nomine*; quam dicit esse de essentia; hinc non recte citatur a Concina.

<sup>f)</sup> Gabriel Biel, in 4, dist. 3, art. 3, dub. 3, affirmat sane ex Alensi praepositionem istam ita de essentia esse, ut si « scienter omittetur » invalidus esset Baptismus; « si tamen

probabilius negant Salmant. <sup>6</sup> cum Bonacina, Coninck, Henriquez; et Leander <sup>7</sup> cum Hurtado, Filliuccio, Diana, Candido <sup>8)</sup>, etc. Ratio, quia in latino idiomate frequentius tacentur praepositiones, quae percipiendae sunt ad debitum loquendi modum. Unde, quamvis hic reticeatur *τὸ In*; tamen bene subintelligitur ex debita ministri intentione, per quam verba formae sacramentorum potius ad unum quam ad alium sensum determinantur. Tanto magis quod, adhuc expresso verbo *In*, etiam *τὸ Nominis* remanet aequivocum; quia etiam potest significari auctoritate vel potestate divina, prout significavit Christus Dominus, cum dixit: *In nomine meo daemonia ejiciunt*; et alibi: *Spiritus Paraclitus, quem mittet Pater in nomine meo*.

Haec secunda sententia, spectata ratione, mihi videtur verior. — Sed cum agatur de valore sacramenti, saltem ob auctoritatem DD. dicerem a prima non recedendum. Ideo recte ait Concina quod talis ommissio non posset excusari a mortali <sup>h)</sup>.

Dubitatur 3<sup>o</sup>. Utrum valeat Baptismus, collatus tantum *in nomine Christi?*

Dubium oritur ex verbis illis Actor. cap. viii, ubi dicitur: *In nomine Jesu Christi baptisabantur viri*. Et ex textu in can. *A quodam, de consecr., dist. 4*, ubi Nicolaus Papa ad quaesita Bulgarorum sic

Bapt., qu. 1, art. 4, concl. ult., obj. 1, v. *Instabis*. - <sup>6</sup> Tr. 2, cap. 3, n. 21. - *Bonac.*, qu. 2, punct. 4, n. 16. - *Coninck*, qu. 66, num. 61. - *Henriq.*, lib. 2, cap. 8, num. 6 (manifeste innuens). - <sup>7</sup> De Sacram., tr. 2, disp. 3, qu. 11. - *Gaspar Hurtad.*, de Bapt., disp. 1, diff. 7, v. f. - *Fill.*, tr. 2, cap. 3, num. 63. - *Diana*, part. 2, tr. 15, resol. 47. - *Concina*, de Bapt., cap. 7, n. 7, i. f.

ex defectu linguae inadvertenter, aut idioma-tis proprietate, in qua idem significaretur per *ly in nomine* et per *ly nomine...*, pie credi potest quod esset baptizatus ». Igitur non satis accurate a Concina citatur.

<sup>8)</sup> Quid sibi velit Candidus plane dubium est; in propositione enim, *disqu. 16, art. 3, dub. 5*, scribit: « Dico septimo... si intermittatur in forma *ly in...*, non esset Baptismus, quia non stat sensus verus ». Deinde affert opinionem contrariam de tribus particulis *In, Ego, Amen*, « quia auferendo, inquit, ista tria verba, non auferitur formae sensus: quod mihi est probabilius ».

<sup>h)</sup> Baptismus valide conferri cum parti-

<sup>d)</sup> Exemplum istud, non apud ipsum Toletum, sed in additionibus ejus operi, lib. 2, cap. 19, n. 2, adjectis reperitur, tamquam dubia forma. — Toletus tamen in suis ad S. Thomam commentariis, quae manuscripta reliquit, et nuper typis mandata sunt, in 3 P., qu. 66, art. 5, dub. 12, formam istam: *Ego te baptizo in nomine Patris, amen; ego te baptizo in nomine Filii, amen; ego te baptizo in nomine Spiritus Sancti, amen*, ut validam habet, modo per hanc repetitionem non intendatur arianus error. — Estius, in 4, dist. 3, § 6, v. *Occurrunt*; Sotus, in 4, dist. 3, art. 5, v. *Unde ad argumentum*, exemplum praecedens habent, illud scilicet in quo verba *In nomine* repetuntur.

<sup>e)</sup> Scilicet Nuñez, in 3 P., qu. 66, art. 5, diff. 4, v. *Ad argumentum*, aequivocam esse ait formam initio hujus paragraphi allatam; esseque validum vel invalidum Baptisma cum ea collatum, juxta sensum quem baptizans intenderit. « Unde sequitur quod, quando non advertit ad hoc qui baptizat, ut communiter

accidit mulieribus et rusticis, talis Baptismus est iterandus sub conditione ».

<sup>f)</sup> Attamen S. C. S. Off., die 11 Januarii 1882 declaravit: « Baptismum exposita forma collatum esse validum ».

112. - <sup>a)</sup> Omnes quidem auctores de particula *Ego* loquuntur; cujus omissionem venialem esse ajunt, licet Jacobus de Graffis dicat esse mortalem, cui consentit Filliuccius pro Baptismo solemni et publico; Turrecremata autem dicit esse peccatum. Sed particulam *Amen*, Turrecr. negat esse de praeepto, seclusa particulari consuetudine; Sporer negat ullum esse peccatum illam ommittere; Filliuccius vero dicit esse praeeptam, et Graffius addit sub mortali. Sotus denique, Vasquez, Palao, Ledesma et Granada nullam de illa mentionem habent. — Cfr. notam a ad n. 109 supra.

<sup>b)</sup> Petrocorensis, de Bapt., cap. 4, qu. 3, v. *Si quis*, utique haec docet, « nisi quis eam [particulam] alio sensibili modo distingueret, dicens: *Ego baptizo creaturam hanc Dei, etc.* ».

Baptismus in nomine Christi.

respondit: *Hi profecto, si in nomine SS. Trinitatis, vel tantum in Christi nomine, sicut in Actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (unum quippe idemque est, ut Sanctus exponit Ambrosius), constat eos non esse denuo baptizandos.* — Revera autem S. Ambrosius<sup>1</sup> sic scripsit: *Qui benedicitur in Christo, benedicitur in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti; quia unum nomen, potestas una.... Denique Aethiops eunuchus Candacis reginae, baptizatus in Christo, plenum mysterium consecutus est.*

Sed hodie certum est hunc Baptismum esse invalidum, ut omnes communiter docent cum S. Thoma<sup>2</sup>. — Idque habetur expressum in can. *Si revera 30, de consecr., dist. 4*, ubi Pelagius Papa dixit: *Si revera hi... solummodo se in nomine Domini baptizatos fuisse forsitan confitentur, sine cujusquam dubitationis ambiguo eos, ad catholicam fidem venientes, in SS. Trinitatis nomine baptizabis.*

Ad textum autem *Actorum* diverse re-

<sup>1</sup> De Spiritu Sancto, lib. 1, cap. 3, n. 40 et 41; cfr. Migne, Patrol. lat., tom. 16, col. 712. — <sup>2</sup> 3 P., qu. 66, art. 6. — <sup>3</sup> Loc. cit., art. 6, ad 1. — <sup>4</sup> In 4, dist. 3, qu. 2, n. 9, v. *De quinto*. — <sup>5</sup> Praelect. de Bapt., qu. 1, art. 4, concl. ult., et resp. ad object. 1. — <sup>6</sup> De Bapt., cap. 4, art. 1, concl. 2. — Lib. 2, de Bapt., cap. 1, art. 3, reg. 2. — *S. Basil.*, lib. de

cula *Cum nomine*, declaravit S. C. S. Off., die 23 Maji 1720; et etiam S. C. C. die 24 Maji 1823. Vide *Thesaur. resol.*, tom. 83, fol. 134 et seqq.

<sup>2</sup>) Catechismus Romanus, *part. 2, cap. 2, n. 15*, ita sane defert huic sententiae; sed *n. 16*, addit dubium fortasse alicui videri ex Patrum testimoniis utrum hac forma revera usi fuerint Apostoli.

<sup>3</sup>) S. Joannes Damascenus *de Orthodoxa Fide*, lib. 4, cap. 9, dicit: « In Christum baptizatum esse nihil aliud indicat quam in illum credendo salutifera aqua tingi. Fieri non potest ut in Christum credamus, nisi Patris, et Filii, et Spiritus Sancti confessione imbuti simus ». Migne, *Patrol. graeco-lat.*, tom. 94, col. 1119-1120. Et pro hoc dicto solum citatur a Tournely, *loc. cit.*, *concl. ult.*, *in fine probat.*

<sup>4</sup>) S. Hilarius, *lib. de Synodis*, n. 85 (Migne, *Patrol. lat.*, tom. 10, col. 538) scribit: « Pereant quoque, si videtur (quod non ego dixerim, sed responsionis necessitas) omnia divina illa et sancta Evangelia., ne postremo Apostoli reperiantur in crimine, qui baptizare in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti jussi..., tantum in Jesu nomine baptizaverunt ». Quae quidem a Natali Alexandro, *loc. cit.*, ita explanantur: « Scopus illius [Hilarii]

spondent, et quidem omnes probabiliter.

— D. Thomas<sup>3</sup> respondet quod ex speciali Christi revelatione Apostoli in primitiva Ecclesia in nomine Christi baptizabant. Et pariter sentit Scotus<sup>4</sup>. Et huic sententiae defert Catechismus Romanus<sup>5</sup>. — Alii vero communius et probabilius respondent ibi pro nomine Christi intelligi Baptismum a Christo institutum, ad differentiam baptismi Joannis; sed tunc etiam Apostolos baptizasse sicut et nunc. Idque probant ex Act. XIX, ubi, cum quidam interrogati essent an Spiritum Sanctum accepissent, responderunt se neque si Spiritus Sanctus est audivisse. Hinc subjungit Apostolus: *In quo ergo baptizati estis?* supponens solitum fuisse in Baptismo exprimi nomina trium Personarum; alioquin incongrua fuisset illa Apostoli admiratio. Ita Tournely<sup>6</sup> cum S. Joanne Damasceno<sup>7</sup>; ejus Continuatores<sup>8</sup>; et Natalis Alexander<sup>9</sup> cum S. Basilio, S. Cypriano, S. Augustino, S. Hilario<sup>10</sup>) et S. Ambrosio.

Spiritu S., cap. 12; Migne, *Patrol. graeco-lat.*, tom. 32, col. 115-118. — *S. Cyprian.*, epist. 73, ad Jubanum, n. 17, i. f. et n. 18; Migne, *Patrol. lat.*, tom. 3, col. 1120. — *S. August.*, *Contra Maximinum Arianor. episc.*, lib. 2, cap. 17, n. 1; Migne, *Patrol. lat.*, tom. 42, col. 783. — *S. Ambros.*, *de Mysteriis*, cap. 4, n. 20; Migne, tom. 16, col. 894.

erat ostendere multa in scripturis reperiri, ex quibus imperiti capiunt occasionem errandi, eo quod inter se repugnantia videantur, tametsi revera concordent, quale est quod Apostoli, *Matthaei ult.*, jussi sunt baptizare in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, qui tamen leguntur in Actis tantum in nomine Jesu baptizasse, id est tum in uno ipsius merito, tum eo dumtaxat Baptismo quem ipse instituerat ». — S. Ambrosius, *de Spiritu Sancto*, lib. 1, cap. 3, n. 44, (Migne, *Patrol. lat.*, tom. 16, col. 714) scribit: « Nunc consideremus utrum quemadmodum in Christi nomine plenum esse legimus Baptismatis sacramentum; ita etiam Sancto tantum Spiritu nuncupato, nihil desit ad mysterii plenitudinem ». Quod utique Natalis Alexander, *loc. cit.*, explicat hoc modo: « Ubi legitur Baptismus in nomine Christi datus, intelligendum esse datum in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Et similiter cum dicitur datus in Spiritu Sancto. Cum enim qui unum dixerit, Trinitatem signaverit, Scriptura sacra Baptismum in unius Personae nomine collatum referens, intelligendum relinquit alias Personas pariter fuisse in Baptismi forma nominatas ». Et addit S. Ambrosium, ubi loquitur de Baptismo in nomine Christi collato, intelligere Baptismum a Chri-

Responde-  
tur textui  
Actuum.

Ad textum autem *Nicolai*, quidquid alii respondeant, melius responderetur cum Gonet<sup>1</sup>, Frassen<sup>2</sup>, Tournely<sup>3</sup>, ejus Continuatores<sup>4</sup>, Petrocorensi<sup>5</sup>, Palao<sup>6</sup>, Salamant<sup>7</sup>, Holzmann<sup>8</sup>, Nicolaum tantum dixisse hoc obiter, et non ex cathedra. Non enim fuit Papa interrogatus an va-

leret Baptismus ratione formae; sed solum an esset validus Baptismus collatus a Judaeo; et ibi obiter exposuit mentem D. Ambrosii.

Quae autem similitas materiae et formae requiratur in Baptismo? — Vide dicta *num. 9*.

### DUBIUM III.

#### De Ministro Baptismi.

##### ARTICULUS I.

###### QUIS SIT MINISTER BAPTISMI.

113. *Quis sit minister validi Baptismi, et quis liciti.* — 114. *Nemo sine commissione potest baptizare extra suam dioecesim.* — 115. *A quo baptizandi peregrini, vel casu nati. Et an sufficiat quasi-domicilium ad constituendum aliquem parochianum illius loci.* — 116. *Quando diaconus possit baptizare.* — *Dub. 1. An in necessitate possit baptizare solemniter.* — *Dub. 2. An clericus aut diaconus solemniter baptizans sine commissione fiat irregularis.* — *Dub. 3. An fiat irregularis laicus baptizans solemniter.* — 117. *Ordo servandus inter ministros Baptismi in necessitate conferendi.* — *Dub. 1. An graviter peccet laicus qui baptizat praesente sacerdote.* — *Dub. 2. An, qui praesente sacerdote excommunicato.* — *Dub. 3. An, qui praesente diacono.* — *Dub. 4. An, qui praesente clerico inferiori.* — *Dub. 5. An peccent graviter parentes qui faciunt baptizare prolem a praedicante.* — 118. *Not. I. An possit quis baptizare seipsum.* — *Not. II. Quae dilatio in ministrando Baptismo sit mortalis.* — *Not. III. Quinam infantes prohibeantur domi baptizari.*

Minister  
Baptismi.

113. - « Resp. *Valide ministrat omnis « homo ratione utens, cujuscumque fidei « vel infidelitatis, status aut sexus. — Li- « cite, tamquam minister ordinarius, et ex « officio, sacerdos habens jurisdictionem « aut commissionem; vel ex ejus com- « missione, diaconus. In casu tamen ex- « tremae necessitatis, omnis qui potest va- « lide etiam facit licite; teneturque, ut pro- « ximo succurrat. — Laymann<sup>5</sup> ».*

<sup>1</sup> Scot. academ., tom. 10, tr. 1, disp. 1, art. 1, qu. 6, quaeres 7, v. *Nec refert.* — <sup>2</sup> Praelect. de Bapt., qu. 1, art. 4, concl. ult., objec. 2, i. f. — <sup>3</sup> Tr. 2, cap. 3, n. 38. — <sup>4</sup> De Bapt., n. 113, v. *Dices 2<sup>o</sup>.* — <sup>5</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 7. —

sto institutum; quod forte, at certe obscure, dicit Ambrosius *ibid.*, n. 41. Denique Ambrosius, *lib. de Mysteriis*, cap. 4, n. 20 (Migne, tom. cit., col. 394) scribit expresse: « Nisi baptizatus fuerit [catechumenus] in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, remissionem non potest accipere peccatorum, nec spiritualis gratiae munus haurire ». Et in *Lucam*, lib. 8, n. 67 (Migne, tom. 15, col. 1785): « Trinitatem utique confitentur qui ad Baptismum veniunt, quia baptizantur in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti ». Ceteri Patres a Natali Alexandro allegati dicunt utique Apostolos adhibuisse invocationem explicitam trium Perso-

Certum est de fide, *validum* esse Baptismum collatum a quovis homine viatore, sive viro sive muliere. — Ita definitum in decreto fidei Eugenii IV, et in concilio Lateranensi IV, in cap. *Firmiter*, de *Summ. Trin.*, ubi dicitur: *Sacramentum vero Baptismi... tam parvulis quam adultis, in forma Ecclesiae a quocumque rate collatum, proficit ad salutem.* (Contra Calvinum et Beza, qui autumabant non

Quivis  
homo via-  
tor, mini-  
ster validi-  
tatis.

*Eugen. IV.*, Decret. ad Armenos, v. *Primum omnium*; ap. Labbe, tom. 18, col. 547. — *Calvin.*, Institut., lib. 4, cap. 15, n. 20 et seqq. — *Beza*, Absterisio calumniarum Tilemanni Heshusii, ad 7 calum., post med.

narum in collatione Baptismi; sed solus S. Cyprianus indicat per Baptismum in nomine Christi intelligendum esse Baptismum a Christo institutum.

<sup>1</sup>) Gonet, *Man., tr. 3, de Bapt. et Confirmat.*, cap. 4, i. f. (Cfr. etiam *Clyp., de Bapt.*, disp. 1, art. 3, n. 105); et Contin. Tournely, *loc. cit.*, *concl. 2*, v. *Ceterum*, dicunt Papam Nicolaum, ut doctorem particularem, non ut Papam locutum fuisse.

<sup>2</sup>) Petrocorensis, *de Bapt.*, cap. 4, qu. 2, v. *Nicolaus*, negat Papam aliquid in hoc crevisse: « Sed suam (subdit) erga S. Ambrosium venerationem exhibuit ». — Et Pa-

posse Baptismum conferri, nisi ab Ecclesiae pastoribus, verbi divini ministris). — Et hoc, etiamsi Baptismus ab haeretico confatur, ut definit Tridentinum<sup>1</sup>; vel ab infideli, ut declaravit Nicolaus I, in can. *A quodam, dist. 4, de consecr.* Vide S. Thomam<sup>2</sup>.

*Licite* autem nequit Baptismus ministrari ab alio quam a sacerdote, extra articulum mortis; ut D. Thomas<sup>3</sup>, ex can. *Constat, de consecr., dist. 4*, ubi S. Isidorus ait: *Constat, Baptisma solis sacerdotibus esse tractandum ejusque ministerium [al. mysterium] nec ipsis diaconis explere est licitum absque episcopo vel presbytero: nisi his procul absentibus, ultima languoris necessitas cogat. Quod et laicis fidelibus plerumque permittitur, ne quispiam sine remedio salutari de saeculo evocetur.* — Extra igitur mortis articulum (sive periculum, ut recte dicunt Salmant.<sup>4</sup> cum aliis), in quo, deficiente sacerdote vel clerico, quivis laicus potest baptizare, immo tenetur, ut Salmant.<sup>5</sup> cum S. Antonino, etc., duplex est minister Baptismi: primus, ordinarius ex officio; secundus, extraordinarius ex commissione.

Minister ordinarius et solemnitatis est *episcopus* et quivis *sacerdos*<sup>a)</sup>, ut declaravit Eugenius IV in suo decreto, dicens: *Minister hujus (sacramenti) est sacerdos, cui ex officio competit baptizare: modo adus licentia episcopi, ut dicunt communiter omnes cum Petrocorensi<sup>6</sup>, et probat Contin. Tournely<sup>7</sup> ex Tertulliano, S. Hie-*

<sup>1</sup> Sess. 7, de Bapt., can. 4. — <sup>2</sup> 3 P., qu. 67, art. 8 et 4. — <sup>3</sup> Loc. cit., art. 2 et 3. — S. Isidor., de ecclesiast. Offic., lib. 2, cap. 25, num. 9; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 83, col. 822. — <sup>4</sup> Tr. 2, cap. 4, n. 16. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 19. — S. Anton., part. 3, tit. 14, cap. 13, § 4. — <sup>6</sup> De Bapt., cap. 5, qu. 1, resp. 1. — <sup>7</sup> De Bapt., cap. 5, concl. 2, v. *Prob. 3.* — Tertull., de Baptismo, cap. 17; Migne, Patrol. lat., tom. 1, col. 1218. — S. Hieron., Dialog. contra Luciferianos, n. 9;

laus, tr. 19, punct. 5, n. 13: « Nicolaum, inquit, ut Pontificem solum definire Baptismum collatum a Judaeo sub debita forma, repetendum non esse... Quod vero Baptismus, sub expressione Trinitatis vel Christi collatus, sufficiens fuerit, non decidit, sed supponit, opinioni Ambrosii et aliorum Doctorum adhaerens ».

113. — <sup>a)</sup> S. C. de Prop. Fide, die 21 Januar. 1789, declaravit: « Sacerdotem suspensum et interdictum nullo unquam tempore administrare posse Baptismum cum solemnitatibus;

ronymo, S. Ignatio Martyre, etc. — *Parochus* vero etiam reputatur minister Baptismi ordinarius; ut omnes dicunt. Quia, statim ac ab episcopo parochus approbatur, accipit ab eo licentiam baptizandi: quae jure communi est ita stabilis, ut sine justa causa non possit ea privari. Et ideo parochus potest aliis sacerdotibus committere administrationem Baptismi; ut docent [Contin.] Tournely<sup>8</sup>, Sporer<sup>9</sup>, Salmant.<sup>10</sup> et alii communiter.

« Unde resolves:

114. — « 1<sup>o</sup>. Non tantum diaconus, sed « nec parochus aut episcopus, absque commissione, extra suam dioecesim vel parochiam, vel intra eam alienos licite baptizat ». [Ex can. *Interdicimus, caus. 16, qu. 1*]<sup>a)</sup>. « Ideoque etiam peccant parentes qui sine licentia sui praelati alieno « deferunt prolem baptizandam, cum violento jus parochi. — Laymann<sup>11</sup> ».

115. — Hic plura sunt notanda:

1<sup>o</sup>. *Peregrini*, vel qui domicilium non habent, possunt baptizari in ecclesia quam elegerint<sup>a)</sup>, ex can. *Nec numerus, [caus. 10], qu. 3*, Croix<sup>12</sup>, Salmant.<sup>13</sup> cum Barbosa. — Si autem mulier casu pariat in pago non suo, proles ab illius pagi parochus est baptizanda. Verumtamen, si ille pagus parum distet a pago proprio, v. gr. duabus aut tribus horis, potest baptizari proles etiam in ecclesia sua. Croix<sup>14</sup> cum Gobat.

Sed hic Dubium fit: *An advenae debeant Baptismum et alia sacramenta su-*

Migne, Patrol. lat., tom. 28, col. 166. — S. Ignat., epist. ad Smyrnaeos, n. 8; Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 5, col. 713-714. — <sup>8</sup> Loc. cit., v. *Prob. 2.* — <sup>9</sup> Suppl. Sacram., cap. 1, num. 34. — <sup>10</sup> Tr. 2, cap. 4, num. 35. — <sup>11</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 7, num. 1 et 2. — <sup>12</sup> Lib. 6, part. 1, num. 275. — <sup>13</sup> Loc. cit., num. 37. — *Barb.*, de Parochia, cap. 18, num. 7. — <sup>14</sup> Lib. 6, part. 1, num. 275. — *Gobat*, tract. 2, num. 133.

sed quando propter necessitatem urgentem debeat baptizare, baptizet private ».

114. — <sup>a)</sup> Canon iste, quem etiam Salmant. hic tr. 2, cap. 4, n. 35; et Laymann, loc. cit., n. 1, allegant, loquitur de non habentibus populum, ut explicat Glossa, ad v. *Ab episcopis*, et dicit: « Chrisma et oleum... ab episcopis accipiant in quorum parochiis manent ». Neque aliud habet quod possit ad casum praesentem converti.

115. — <sup>a)</sup> Can. *Nec numerus 5, caus. 10, qu. 3*, in universum dumtaxat statuit « ut unus-

*scipere a parochus proprii domicilii; vel possint etiam a parochus loci ubi sunt per quasi-domicilium.* — Adest duplex probabilis sententia:

*Prima* dicit teneri suscipere a parochus domicilii proprii quo sunt redituri<sup>b)</sup>. — Hanc tenet Henriquez<sup>1</sup>; item Rodriguez, Segura et Ledesma, apud Salmant.<sup>2</sup>, qui putant probabilem cum Palao<sup>3</sup>; et Sanchez<sup>4</sup>, qui vocat probabilissimam cum Hostiensi, Abbate, Rosella, Angelo, Silvestro, Tabiena et aliis pluribus. Quia, ut ajunt, qui habet proprium domicilium nequit fieri parochianus illius loci ubi degit tantum ad tempus propter aliquod negotium. — Alias, hic haberet duas parochias habitationis: quas habere non potest, nisi qui in utraque aequaliter se collocat; ut tradunt Sanchez<sup>c)</sup>, Pontius<sup>c)</sup>; et Salmant.<sup>5</sup> cum Bonacina, Perez, Coninck<sup>c)</sup>, Trullench, etc. communiter, ex cap. 5, de

*sepult., in 6<sup>o</sup>, et leg. Assumptio, § Viris, ff. Ad municipalem et de incolis.*

*Secunda* vero sententia, communior et probabilior, quam tenet Barbosa<sup>6</sup> cum pluribus decisionibus Rotae, Sanchez<sup>7</sup>, Croix<sup>8</sup>, Pontius<sup>d)</sup>, Palao<sup>9</sup>; et Salmant.<sup>10</sup> cum Bonacina, Gutierrez, Coninck, Trullench, Dicastillo, etc., docet posse (ut ajunt Salmant.; et alii<sup>e)</sup> apud Sanchez<sup>11</sup> dicunt etiam teneri) advenae recipere sacramenta a parochus loci ubi jam contraxerint quasi-domicilium<sup>f)</sup>. — Contrahitur autem quasi-domicilium ab eo qui habitat alicubi, non per transitum, sed per majorem anni partem, aut cum animo permanendi ibi per majorem partem anni; ut dicunt Sanchez<sup>12</sup>, Silvester<sup>13</sup>; et Salmant.<sup>14</sup> cum Bonacina, Palao, Pontius<sup>d)</sup>, Coninck et aliis. Immo, ajunt Laymann<sup>15</sup>, Navarrus<sup>16</sup>, et confirmat Benedictus XIV<sup>17</sup> ex communi, sufficere ad contrahendum quasi-domici-

Advenae probabiliter sacramenta recipiunt a parochus domicilii.

Extra territorium nullus baptizet.

Peregrini, ubi baptizari queant.

Quid, si mulier casu pariat in pago non suo.

<sup>1</sup> Lib. 11, cap. 3, n. 3. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 218, n. 7, i. f. — *Segur.*, Director. judicium, part. 2, cap. 15, num. 48. — *Petr. de Ledesm.*, de Matrim., qu. 45, art. 5, punct. 3, post dub. 4, v. *Dico 3<sup>o</sup>.* — <sup>2</sup> Tr. 9, de Matr., cap. 8, num. 28 et 29. — <sup>3</sup> Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 9, num. 8. — <sup>4</sup> De Matr., lib. 3, disp. 23, n. 13. — *Hostien.*, Sum., lib. 3, tit. de parochiis, n. 7. — *Abb. Panorm.*, in cap. *Nullus episcopus*, n. 4, de paroch. — *Rosel.*, v. *Domicilium.* — *Angel.*, v. *Parochia*, n. 2; et v. *Domicilium*, v. f. — *Silvest.*, v. *Parochia*, i. f.; et v. *Domicilium*, n. 2, v. f. — *Tabiena*, v. *Parochia*, n. 3; et v. *Domicilium*, v. f. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 8, n. 32. — *Bonac.*, de Matr., qu. 2, punct. 8, a num. 2. — *Peves*, de Matr., disp. 40, sect. 2, v. *Dico 2.* — *Trull.*, de Sacram., lib. 7, cap. 6, dub. 2, n. 7. — <sup>6</sup> De Off. et Potest. episc., alleg. 32, a n. 56, n. 63. —

*Decis. Rotae Farinacii*, part. 2, decis. 390, n. 6; item Receptorior., part. 4, tom. 3, decis. 629. — <sup>7</sup> De Matr., lib. 3, disp. 23, n. 13. — <sup>8</sup> Lib. 6, part. 3, n. 721. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 9. — <sup>10</sup> Tr. 9, cap. 8, n. 30. — *Bonac.*, de Matr., qu. 2, punct. 8, n. 2 et 5. — *Gutier.*, de Matrim., cap. 63, n. 19 et 20. — *Coninck*, de Matr., disp. 27, num. 18. — *Trull.*, loc. cit., num. 6. — *Dicast.*, tract. 10, de Matrim., disp. 3, dub. 8, num. 47 et 48. — *Salmant.*, loc. cit., num. 30. — <sup>11</sup> De Matr., lib. 3, disp. 23, num. 12, v. f. — <sup>12</sup> Loc. cit., num. 13 et 14. — <sup>13</sup> V. *Domicilium*, n. 2. — <sup>14</sup> Loc. cit., num. 30. — *Bonac.*, loc. cit., a num. 2. — *Palao*, tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 9, n. 9. — *Coninck*, de Matr., disp. 27, num. 18. — <sup>15</sup> Lib. 1, tract. 4, cap. 12, num. 1. — <sup>16</sup> De Jobelaeo, notab. 32, num. 43, v. *Incolae.* — <sup>17</sup> Notif. 33, num. 11.

quisque aut in vicina sibi ecclesia, aut in electa pro suae mentis baptizetur arbitrio ». Sed Glossa ad v. *Aut in electa*, addit: « Dicas ergo quod loquitur de Judaeis et paganis trans-euntibus, et talibus qui non habent certum domicilium ».

<sup>b)</sup> S. Alphonsus quaerit de quibuscumque sacramentis; auctores tamen citati plerique non loquuntur de omnibus sacramentis. Henriquez scilicet, Rodriguez, Segura, Ledesma de solo Matrimonio tractant. — Sanchez vero probabilissimam vocat opinionem juxta quam: « ut vere aliquis dicatur parochianus, exigi animus constituendi ibi domicilium; quare si habet domicilium in uno loco, transferatque se in alium, non animo permanendi, ex causa limitata ad tempus, quia finita rediturus est ad proprium, non censerit illius loci, in quo ad tempus adest, parochianus, sed loci domicilii permanentis ». — Hostiensis autem docet scholares, modo ex licentia episcopi aliquo se conferant, fieri subditos loci in quo student, excepto Ordinis sacra-

mento. Sed Abbas et Rosella volunt scholares fieri subditos loci in quo student, dumtaxat quoad sacramenta necessaria: et cum eis consentiunt Angelus, Silvester et Tabiena, ad dentes in universum idem esse de Confessione et Eucharistia. Hinc non adeo dissentiunt ab opinione ipsius S. Alphonsi.

<sup>c)</sup> Sanchez, loc. cit., disp. 24, n. 5; Pontius, de Matr., lib. 5, cap. 13, n. 2, affirmant quidem eo casu haberi duplex domicilium; sed non negant extra hunc casum idem haberi. — Coninck, de Matr., disp. 27, n. 18, scribit parochianum utriusque loci fieri « eum qui duobus locis habet domicilium, ita ut modo in uno, modo in altero habitet ».

<sup>d)</sup> Pontius, loc. cit., n. 4, 6, 9, ad Matrimonium, Confessionem, Eucharistiam, Baptismum et Extremam Unctionem, satis esse ait parochum « etiam... brevis habitationis ».

<sup>e)</sup> Scilicet Molina, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 214, n. 18.

<sup>f)</sup> Auctores pariter ad secundam sententiam allegati, non tractant omnes de omnibus

Probabiliter, a parochus quasi-domicilii.



lium habitationem per aliquam notabilem anni partem causa alicujus negotii; puta ad studendum, vel ad exercendum officium iudicis, medici, professoris, mercatoris, famuli, tabernarii et similibus<sup>8)</sup>. — Ratio hujus secundae sententiae est, quia per quasi-domicilium quisque jam fit parochianus loci ubi habitat; ut habetur ex cap. *finali de paroch.*, ubi confugientes ad aliquam parochiam causa belli, jam dicuntur illius parochiani.

Notandum 2<sup>o</sup>. Bene baptizari potest alienus de licentia proprii sacerdotis expressa vel rationabiliter praesumpta. Miranda<sup>h)</sup>, Henriquez<sup>i)</sup> et Salmanticensis. 1. — 3<sup>o</sup>. Possunt religiosi baptizare in casu necessitatis vel cum licentia ministri ordinarii. Salmant. j), Petrocorensis j), etc. — 4<sup>o</sup>. Sacerdos sine licentia extra necessitatem baptizans, etiam sine solemnitate, peccat graviter, ex *clem. un. de bapt.* k), Vasquez<sup>l)</sup>, Coninck, Laymann et Salmant. 2<sup>o</sup> etc. communiter. — 5<sup>o</sup>. Extra necessitatem nemo potest licite baptizari domi, exceptis filiis principis, ex *ead. clem.*

<sup>1</sup> Tr. 2, cap. 4, n. 38. — Coninck, qu. 67, n. 3 et 11. — Laym., lib. 5, tr. 2, cap. 7, n. 1. — <sup>2</sup> Loc. cit., n. 41 cum num. 35. — Coninck, loc. cit., n. 3. — S2, v. *Baptismus*, num. 13. — <sup>3</sup> Loc. cit., num. 42. — <sup>4</sup> Loc. cit., num. 8. —

sacramentis; et quidem Barbosa eam sententiam tenet de Matrimonio; Sanchez, Trullench, Dicastillus secundam sententiam tenent pro omnibus sacramentis, Ordine excepto; Castropalaus, pro Matrimonio, Eucharistia et Extrema Unctione; Gutierrez, pro Matrimonio et Confessione.

<sup>8)</sup> Laymann notabilem anni partem, his verbis explicat: « Non tantum eos qui... amplius medium annum in oppido moraturi sunt... incolas censerit et jurisdictioni subiectos; sed etiam eos qui, licet aliquanto breviori tempore, certo permanendi proposito alicujus negotii vel negotiationis causa, in eo loco domicilium, officium vel tabernam fixerunt aut saltem conduxerunt ». — Navarrus vero inter loci incolas recenset eos qui alicubi manent, « ad annum vel aliud certum tempus adeo magnum, ut boni viri arbitrato dici possint inhabitatores, licet careant domicilio ».

<sup>h)</sup> Miranda, *Man. praelator.*, tom. 1, qu. 43, art. 1, dicit religiosos seu monachos baptizare posse « de licentia ejusdem [Ordinarii] ».

<sup>i)</sup> Henriquez, *lib. 2, cap. 29, n. 2*, concordat quidem, requirens licentiam proprii sacerdotis; non tamen distinguit expressam aut rationabiliter praesumptam.

um. Coninck, S2, Salmant. 3. At de hoc vide dicenda n. 118, Not. III.

116. — « 2<sup>o</sup>. Diaconus non tantum in extrema necessitate, sed etiam in alia notabili baptizare potest. Et quidem cum « solemnitate ex commissione episcopi vel « parochi; ut si v. gr. ob multitudinem « baptizandorum aliudve grave impedimentum, id ipsi facere non possint. — « Laymann 4 ».

Certum est quod diaconus ex commissione episcopi vel parochi potest baptizare; ut Juenin<sup>5</sup>, Petrocorensis<sup>6</sup> et alii communiter, ex can. *Diaconos, dist. 93*, ubi Gelasius Papa dixit: (Diaconi) *absque episcopo vel presbytero baptizare non audeant: nisi praedictis fortassis ordinibus longius constitutis, necessitas extrema compellat. Quod etiam laicis christianis facere plerumque conceditur.* — Ex praefato autem textu recte infert Gonet<sup>7</sup> quod talis commissio nequit diacono fieri, nisi ob magnam necessitatem vel Ecclesiae utilitatem, puta si non adessent sacerdotes; — vel, ut dicunt Suarez<sup>a)</sup>, Palaus<sup>8</sup>,

<sup>5</sup> Instit. theol., part. 8, dissert. 2, qu. 5, cap. 1, resp. ad obj. 2. — <sup>6</sup> De Baptismo, cap. 5, qu. 1, v. *Secundo*. — <sup>7</sup> Man., de Sacram., tr. 3, cap. 5. — <sup>8</sup> Tr. 19, punct. 9, num. 5.

j) Salmant., *tract. 2, cap. 4, num. 39*, requirunt licentiam « Ordinarii ». — Petrocorensis autem, *de Bapt.*, cap. 7, qu. 3, v. *Abbatibus*, dicit posse « fieri compares baptizando ».

k) Clem. *unic., de baptismo*, loquitur de eo qui extra necessitatem in privatis domibus baptizaret.

l) Vasquez, *disp. 147, cap. 3, n. 20*, prohibitum quidem esse ait; utrum vero sub gravi an sub levi non explicat.

116. — a) Suarez, *disp. 23, sect. 2, n. 10 et 11*, distinguit administrationem solemnem a privata, scribens n. 10 de solemnitate: « Haec ex rationabili causa committi potest diacono in casu necessitatis; immo, si necessitas urgeat et sacerdos sit absens, potest ipse jure suo ministerium usurpare ». Et n. 11, de administratione privata ob necessitatem: « Facilius, inquit, committi potest diacono quam inferiori...; unde etiam in praesentia sacerdotis aliqua esse potest causa sufficiens ad committendum hoc ministerium diacono, quae non satis est, ut inferiori committatur; ut v. gr. ob graviolem aliquam occupationem, posset interdum sacerdos committere diacono, non vero subdiacono vel inferiori ».

Diaconus, quando ex commissione solemniter baptizet.

In necessitate, probabilis nequit solemniter baptizare.

Clericus solemniter baptizans fit irregularis.

Sporer<sup>1</sup>, Holzmann<sup>2</sup>, Croix<sup>3</sup>, Elbel<sup>4</sup>; Laymann<sup>5</sup> cum Soto, Vasquez<sup>b)</sup>, nisi adsit multitudo baptizandorum, aut nisi parochus sit graviter infirmus, vel excommunicatus, vel alias occupatus confessionibus excipiendis aut praedicatione<sup>c)</sup>: ut colligitur Act. cap. vi, ubi Apostoli diaconos constituturi, dixerunt: *Fratres, viros... constituamus super hoc opus. Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus.*

Sed dubitatur 1<sup>o</sup>. *An diaconus in casu necessitatis possit solemniter baptizare?*

Affirmat Suarez<sup>6</sup>; et probabile putat Sporer<sup>7</sup> cum Praeposito<sup>d)</sup>, Herincx et aliis. — Sed communius et probabilius negant Palaus<sup>8</sup>; Renzi<sup>9</sup> cum Coninck et Diana<sup>e)</sup>; Salmant.<sup>10</sup> cum Laymann, etc. Ratio, quia diaconus non potest esse minister Baptismi solemniter, nisi ex commissione sacerdotis; cum tantum sacerdotis vice possit solemniter baptizare.

Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An diaconus sine commissione solemniter baptizans incurrat irregularitatem?*

Certum est quod clerici non diaconi solemniter baptizantes fiunt irregulares; ex cap. *Si quis 1, de cler. non ord. min.*, ubi dicitur: *Si quis baptizaverit, aut aliud quod divinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem abjiciatur de ecclesia, et nunquam ordinetur.*

<sup>1</sup> Suppl. Sacram., cap. 1, n. 35. — <sup>2</sup> De Bapt., n. 125. — <sup>3</sup> Lib. 6, part. 1, n. 276. — <sup>4</sup> Confer. 5, de Forma et Ministro Bapt., n. 29. — <sup>5</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 7, n. 9. — Sotus, in 4, dist. 4, art. 1. — <sup>6</sup> Disp. 23, sect. 2, concl. 4. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 35. — Herincx, de Bapt., disp. 6, qu. 1, n. 8. — <sup>8</sup> Tr. 19, punct. 9, n. 5. — <sup>9</sup> De Bapt., cap. 3, qu. 5. — Coninck, de Sacram., qu. 67, n. 27. — <sup>10</sup> Tr. 2, cap. 4, n. 45. — Laym., loc. cit., v. *Dico* 5<sup>o</sup>. — <sup>11</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 3, n. 2. — <sup>12</sup> De Bapt., cap. 5, propos. 2. — <sup>13</sup> Loc. cit., qu. 5, i. f. — Coninck, loc. cit., num. 27, i. f. — <sup>14</sup> De Irregul., qu. 9, art. 1, n. 3, v. f. — <sup>15</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 3, punct. 6, num. 5. — Navar., Man., cap. 22, n. 7; cap. 27, num. 242,

b) Vasquez, *disp. 147, cap. 4, n. 28*, id fieri posse ait « ob inopiam sacerdotum », vel si nullus presbyter Baptismum conferre possit.

c) Non omnes citati auctores omnia exempla hic allata proponunt; sed alii quaedam tantum, alii vero omnia.

d) Praepositus, in 3 P., qu. 67, in 5 priores artic., dub. 2, n. 5, id docet absolute, et non solum ut probabile.

e) Diana, *pari. 5, tr. 3, resol. 28*, videtur atque habere hanc sententiam ut probabilem,

Quoad diaconos vero, negant aliqui ipsos irregularitatem contrahere; quia in citato textu dicitur, quod sit irregularis *non ordinatus*. Diaconus autem est jam ordinatus ad baptizandum, cum in Pontificali dicatur: *Oportet diaconum ministrare ad altare, baptizare et praedicare.*

— Sed probabilius dicendum quod incurrit (sive in necessitate, sive extra eam) solemniter baptizet, juxta sententiam communissimam, quam tenent Laymann<sup>11</sup>, Contin. Tournely<sup>f)</sup>, Natalis Alexander<sup>12</sup>, Habert<sup>g)</sup>; Renzi<sup>13</sup> cum Coninck; Viva<sup>14</sup>; Bonacina<sup>15</sup> cum Navarro, Avila et Sayro. Ratio, quia diaconus, licet ordinetur ad baptizandum, ad id tamen non ordinatur nisi ex commissione episcopi vel sacerdotis, qui sunt soli ministri ordinarii Baptismi, ut vidimus.

Ex illis autem verbis textus *propter temeritatem* recte inferunt Laymann et Viva<sup>16</sup>, diaconum sive alium clericum non fieri irregularem, si per jocum aut ex ignorantia crassa solemniter baptizet: temeritas enim scientiam positivam importat unam cum aliquo contemptu.

Dubitatur 3<sup>o</sup>. *An laicus baptizans solemniter contrahat irregularitatem?*

Affirmant Suarez<sup>17</sup> cum Soto, Silvestro, S. Antonino, Paludano; et Concina<sup>18</sup> cum Navarro, Filiuccio et Leandro. Quia praefatus textus in cap. *Si quis*, generaliter

v. *Septimo*. — Avila, part. 7, disp. 9, sect. 2, dub. 14, concl. 1. — Sayr., de Censur., lib. 7, cap. 10, num. 4. — Laym., lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 3, num. 2, v. *Tertio*. — <sup>12</sup> De Irregul., qu. 9, art. 1, num. 3. — <sup>13</sup> Disp. 31, sect. 4, v. *Sed quaeres an idem*. — Sotus, in 4, dist. 4, art. 3, concl. 1. — Silvest., v. *Irregularitas*, qu. 27. — S. Anton., part. 3, tit. 28, cap. 1, in princip. — Palud., in 4, dist. 5, qu. 2, art. 1, concl. 2, (n. 6); et dist. 22, qu. 8, art. 2, num. 5. — <sup>14</sup> De Bapt., cap. 9, num. 8. — Navar., Man., cap. 27, num. 242, v. *Septimo*. — Fill., tract. 2, cap. 4, num. 85. — Leand. a SS. Sacr., de Bapt., disp. 4, qu. 10, in fine.

afferendo primo opinionem affirmantem Suarezii; deinde sententiam contrariam, quam Coninck defendit; denique totum his verbis concludendo: « Nota tamen quod Coninck... suam opinionem vocat tantum probabiliorum; ergo videtur sententiam Suarez tamquam probabilem admittere ».

f) Contin. Tournely, *de Bapt.*, cap. 5, conclus. 3, v. *Collig. 2*, sententiam hanc tuetur casu quo diaconus solemniter, absque commissione baptizet « extra casum necessitatis », ut ait, et « in casu communi ». — Habert pa-

Item, probabilius, diaconus solemniter sine commissione baptizans.

Limitationes.

Licentia requisita ad baptizandum alienos.

Extra necessitatem, domi baptizare, illicitum.

loquitur, et proinde non est ad solos clericos restringendus. — Sed communiter et probabilius id negant Palaus<sup>1</sup>, Bonacina<sup>2</sup>, Holzmann<sup>3</sup>, Viva<sup>4</sup>, Salmant.<sup>5</sup>, Lugo<sup>6</sup>, Sporer<sup>7</sup>; Croix<sup>8</sup> cum Hurtado<sup>9</sup>; et Laymann<sup>7</sup> cum Sà<sup>10</sup>, Covarruvias, Angelo, Armilla, Rosella, etc. Ratio, quia irregularitas non incurritur, nisi sit expressa in jure; ut habetur in cap. *Is qui, de sent. excom.*, in 6<sup>o</sup>. Haec autem irregularitas minime videtur expressa; licet enim textus generice loquatur, attamen, cum titulus sit de clerico ministrante, verba illa generalia debent intelligi tantum juxta titulum qui textui praefigitur. Immo Laymann censet satis id exprimi in eodem textu, cum ibi dicatur *abjiciatur de ecclesia*: quod proprie intelligi debet de depositione, qua non puniuntur nisi clerici. Et ratio hujus esse potest (ait Laymann), quia talis usurpatio frequentior esse solet in clericis quam in laicis.

117. — 3<sup>o</sup>. Cum in necessitate conferatur Baptismus, servandus est ordo: ita « ut si adsit et non detrectet sacerdos « vel diaconus, is reliquos praecedat. Sic « etiam clericus laicum, vir mulierem, fidelis infidelem. — Nisi forte inferior melius « noverit modum, ut solent obstetrices », [Ut Salmant.<sup>8</sup> cum Moscoso] « quae proinde de examinari et approbari debent a pa-

<sup>1</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 18, num. 10. — <sup>2</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 3, punct. 6, n. 1. — <sup>3</sup> De Poenis eccl., n. 346. — <sup>4</sup> De Irregul., qu. 9, art. 1, n. 3. — <sup>5</sup> Part. 3, cap. 6, num. 657. — <sup>6</sup> Lib. 7, num. 485. — <sup>7</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 3, n. 3. — <sup>8</sup> Covarr., in clem. *Si furiosus*, part. 1, § 1, n. 1. — <sup>9</sup> Angel., v. *Irregularitas I*, num. 38, i. f. — <sup>10</sup> Armil., v. *Irregularitas*, n. 65. — *Rosella*, v. *Irregularitas II*. — *Laym.*, loc. cit. — *Laym.*, loc. cit. — <sup>8</sup> Tr. 2, cap. 4, n. 18.

riter, de *Bapt.*, cap. 6, v. *Unde si diaconus*: « Si diaconus, inquit, extra casum necessitatis, nec jussus ab episcopo vel paroco, solemniter baptizat, alienum munus usurpat, et secundum communiorem theologorum sententiam, fit irregularis ».

<sup>8</sup> Salmant., *tr. 10, de Censur.*, cap. 8, n. 74, negativam hanc sententiam non minus probabilem existimant quam affirmativam.

<sup>6</sup> Lugo, de *Poenit.*, disp. 18, n. 14, tenet priorem sententiam: « Suppono, inquit, juxta veriorum sententiam, non solum clericum, sed etiam laicum exercentem actum Ordinis sine eo Ordine fieri irregularem ».

<sup>9</sup> Gaspar Hurtado male adducitur a Croix; nam, de *Irregul.*, disp. 2, diff. 2, n. 4, expresse et absolute dicit laicum qui Ordinis actum exer-

« storibus; vel alia justa causa sit, ut quia « virum ad parientem ingredi non decet ».

Pariter, praesente tantum patre, femina baptizare debet; quia extra summam necessitatem vetatur parentibus baptizare. Croix<sup>9</sup> cum Gobat. — Et in casu quo baptizanda esset proles nondum ab utero egressa, debet ob decentiam mulier baptizare; ut bene notat idem Croix<sup>10</sup> cum Platel.

« Quod si laicus baptizet praesente sacerdote, (et secundum quosdam, etiam « praesente diacono), censent esse mortale: « quia id laico tantum competit ob defectum sacerdotis, qui sine injuria Ordinis « et sacramenti talem licentiam dare non « potest. — In reliquis, perversio illius « ordinis est tantum veniale ». [Ut communiter Bonacina, Sotus, Dicastillus<sup>a</sup> et Salmant.<sup>11</sup>] « Praeterquam si coram fidei « haereticus adhiberetur: quod volunt esse « mortale Laymann<sup>12</sup>, Coninck ».

Quoad ordinem igitur servandum inter ministros Baptismi, sic habetur in Rituali Romano: *Si adsit sacerdos, diacono praefertur* (et parochus sacerdoti; ut recte dicunt Contin. Tournely<sup>13</sup> et Concina<sup>14</sup>. Vide dicta n. 113, in fine), *diaconus subdiacono, clericus laico, et vir feminae: nisi pudoris gratia deceat feminam potius quam virum baptizare infantem non omnino*

*Moscoso*, Sum. de casus morales, tr. 2, cap. 4, num. 2. — <sup>a</sup> Lib. 6, part. 1, n. 277. — *Gobat*, tr. 2, n. 142, i. f. — <sup>10</sup> Loc. cit. — *Platel*, Synops., tom. 6, de Sacram., n. 140, i. f. — *Bonac.*, de *Bapt.*, qu. 2, punct. 5, num. 11. — *Sotus*, in 4, dist. 4, art. 2, v. *Circa tertiam vero*. — <sup>11</sup> Tract. 2, cap. 4, n. 7. — <sup>12</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 7, n. 4, i. f. — *Coninck*, qu. 67, n. 22. — *Ritual. Rom.*, de Ministro Baptismi. — <sup>13</sup> De *Bapt.*, cap. 5, post concl. 3, quaer. 1. — <sup>14</sup> De *Bapt.*, cap. 9, n. 5.

cer fieri irregularem; quod n. 5 ita limitat, ut solum excipiat laicum « qui baptizat non solemniter », quamvis hoc faciat extra necessitatem; « quia Baptismus privatus non est actus ordinati ut ordinati ».

<sup>10</sup> Sà, v. *Irregularitas ex ordinis abusu*, n. 5, videtur id innuere, dum nominat solum clericum, qui eam irregularitatem incurrat: « Clericus, inquit, qui serio et solemniter utitur Ordine sacro quo caret ».

117. — <sup>a</sup> Dicastillus, *tr. 2, de Bapt.*, disp. 2, *dub. 2, n. 31*, ita sane tenet, « si baptizans sit catholicus et nulla censura irretitus ». Si vero sit excommunicatus, aut haereticus, aut infidelis, mortale esse ait n. 33 et seqq., ordinem praetermitti. Quod Salmant. hic non animadverterunt.

*editum, vel nisi melius femina sciret formam et modum baptizandi. Quapropter curare debet parochus ut fideles, praesertim obstetrices, rectum baptizandi ritum probe teneant et servent.* — Hinc rationabiliter censet Sporer<sup>1</sup> cum Gobat quod parochi tenentur sub gravi obstetrices diligenter examinare, utrum noverint necessaria ad baptizandum: cum ipsae sub mortali teneantur<sup>b</sup> addiscere modum baptizandi; prout recte docent S. Antoninus, Reginaldus, Henriquez, Aversa et alii plures, cum Croix<sup>2</sup>. — Nec obstat quod forte alii adfuturi sint qui formam sciant, propter quod videntur eas excusare Suarez, Diana et Dicastillus, *ibid.*<sup>3</sup>. Nam ipsis ex officio puerperis adesse incumbit, et non raro occurrit eis occasio Baptismi in necessitate ministrandi.

Sed dubitatur 1<sup>o</sup>. *An peccet mortaliter laicus, qui in necessitate baptizat praesente sacerdote?*

Negant Joannes Soares<sup>c</sup>, Valentia<sup>c</sup>, etc., apud Salmant.<sup>4</sup>; et probabile putat Ledesma. Quia sacerdos in casu necessitatis non baptizat ex officio, et ideo laicus ejus officium non usurpat. — Sed verius affirmant Franciscus Suarez<sup>5</sup>, [Contin.] Tournely<sup>6</sup>, Concina<sup>7</sup>, Holzmann<sup>8</sup>, Salmant.<sup>9</sup>; Palaus<sup>10</sup> cum Laymann, Coninck,

Laicus baptizans coram sacerdote, verius graviter peccat.

<sup>1</sup> Suppl. Sacram., cap. 1, n. 44. — *Gobat*, tr. 2, n. 169. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 14, cap. 13, § 4. — *Regin.*, lib. 27, cap. 6, n. 45. — *Henriq.*, lib. 2, cap. 29, num. 5. — *Aversa*, qu. 67, sect. 2, v. 6<sup>o</sup>. — *Teneri.* — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 1, n. 270. — *Suar.*, disp. 31, sect. 5. — *Diana*, part. 2, tr. 15, resol. 46. — *Dicast.*, tr. 2, de *Bapt.*, disp. 2, dub. 1, n. 18. — <sup>3</sup> Ap. *Croix*, lib. 6, part. 1, num. 270. — <sup>4</sup> Tract. 2, cap. 4, num. 11. — *Petrus de Ledesma*, de *Bapt.*, cap. 6, concl. 4, *Dico* 3. — <sup>5</sup> Disp. 31, sect. 4, num. 8, v. *Sed quaeres an saltem*. — <sup>6</sup> De *Bapt.*, cap. 5, post concl. 3, quaer. 1. — <sup>7</sup> De *Bapt.*,

Vasquez, Bonacina, etc. communiter; ex *can. 21, dist. 4, de consecr.*, ubi D. Augustinus sic docet: *In necessitate, cum episcopi aut presbyteri, aut quilibet ministrorum non inveniuntur, et urget periculum ejus qui petit..., etiam laicos solere dare sacramentum quod acceperunt, solemus audire.*

Ergo tunc solum potest laicus in necessitate baptizare, cum deest sacerdos. — Alias peccat: tum quia vere tunc usurparet jus sacerdotis, cui ex potestate Ordinis commissum est baptizare; tum quia injuriam irrogaret sacramento, quod exigit (cum fieri potest) ministrari a sacerdote, utpote ad illud consecraret. Et ideo etiam sacerdos graviter peccaret, si laico administrationem cederet; ut recte dicunt Suarez<sup>d</sup> et Concina<sup>d</sup>.

Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An, praesente sacerdote excommunicato, praefertendus sit laicus non excommunicatus?*

Negant Scotus<sup>e</sup>, Sayrus, Henriquez, etc., apud Renzi<sup>11</sup>; item Leander et Cornejo, apud Salmant.<sup>12</sup>. Quia in extrema necessitate cuilibet etiam excommunicato conceditur privilegium baptizandi; et ideo tunc servandus est ordo juris communis. — Sed verius affirmant Suarez<sup>13</sup>, Navarrus<sup>14</sup>; Palaus<sup>f</sup>, qui id ut certum habet; Salmant.<sup>g</sup>

Sacerdoti excommunicato, laicus praefertendus.

cap. 9, n. 6. — <sup>8</sup> De *Bapt.*, n. 121. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 13. — <sup>10</sup> Tr. 19, punct. 9, num. 10. — *Laym.*, lib. 5, tr. 2, cap. 7, num. 4. — *Coninck*, qu. 67, num. 18. — *Vasq.*, disp. 147, cap. 5, num. 33. — *Bonac.*, de *Bapt.*, qu. 2, punct. 5, n. 11. — *Sayr.*, de *Censur.*, lib. 2, cap. 2, n. 16. — *Henriq.*, lib. 2, cap. 28, num. 3. — <sup>11</sup> De *Bapt.*, cap. 3, qu. 2. — *Leand.*, de *Censur.*, tr. 2, disp. 5, qu. 9. — *Cornejo*, tr. 5, de *Censur.*, disp. 10, § 1, dub. 2, qu. 4. — <sup>12</sup> Loc. cit., num. 14. — <sup>13</sup> De *Censur.*, disp. 11, sect. 1, n. 12, v. *Ex quo*. — <sup>14</sup> Tr. 19, punct. 9, n. 12.

<sup>b</sup> S. Antoninus, Henriquez dicunt obstetrices ad id teneri; Aversa vero, teneri specialiter, saltem ex caritate.

<sup>c</sup> Joannes Soares, in suo *Enchirid. casuum consc.*, lib. 5, v. *Baptismus*, § *In necessitate*, utramque sententiam affert, sed ultimo loco hanc negativam, quasi eam alteri praefertat. — Et Valentia, in *3 P.*, disp. 4, qu. 2, punct. 1, v. *Quamvis*, dicit peccare tantum venialiter praesente sacerdote, secluso contemptu, nisi sacerdos renuat baptizare.

<sup>d</sup> Suarez *loc. cit.*, n. 8, scribit: « Non potest ipse [sacerdos] sua auctoritate hoc ministerium alteri dare... contra reverentiam sacramento debitam ». — Et Concina, *loc. cit.*, n. 6, dicit: « Quare peccaret et ipse sacerdos ».

<sup>e</sup> Scotus, in *4, dist. 5, qu. 2, v. Quantum autem ad 2*, quaerit utrum in isto actu praefertendus sit « bonus laicus sacerdoti publice malo ». « Et breviter, inquit, quia officium ministrandi sacramenta in Ecclesia competit sacerdotibus, videtur dicendum quod quoad istum actum eligendus est malus sacerdos ».

<sup>f</sup> Palaus, *loc. cit.*, n. 12, dicit haereticum excommunicatum peccare mortaliter ratione excommunicationis, si administrationi, quae per alium fieri possit, sese ingerat; quod dicit esse certum. Hinc recte colligitur eo casu praefertendum esse laicum sacerdoti excommunicato.

<sup>g</sup> Salmant., *loc. cit.*, n. 15, utramque sententiam satis probabilem existimant.

cum Gabriele; et Renzi<sup>1</sup> cum Silvestro, Henriquez<sup>h)</sup>, etc. Ratio, quia privilegium excommunicato conceditur in solo casu necessitatis: quae non reperitur adesse, cum alius suppetit non excommunicatus.

Dubitatur 3<sup>o</sup>. *An peccet graviter laicus baptizans coram diacono?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Gonet<sup>2</sup>, Holzmann<sup>3</sup>, Tournely<sup>1)</sup>, Antoine<sup>4</sup>; Concina<sup>5</sup> cum Vasquez, Reginaldo<sup>6)</sup>, Filliuccio, etc.; Renzi<sup>6</sup> cum Coninck, Praeposito, etc. — Probatur 1<sup>o</sup> ex D. Augustino<sup>7)</sup>, ut supra, in *can. 21, dist. 4*, ubi dicitur permitti laico baptizare tantum in necessitate, cum *episcopi aut presbyteri, aut quilibet ministrorum non inveniuntur*. Nomine autem *ministrorum* communiter diaconi intelliguntur. Probatur 2<sup>o</sup> ratione. Diaconus ex vi ordinationis deputatur ad baptizandum per commissionem parochi; unde obtinet ipse speciale jus ad hoc munus obeundum. — Haec sententia est quidem probabilis.

Sed non minus probabilis mihi videtur cum Salmant.<sup>7</sup> *secunda* sententia: quam tenent Suarez<sup>8</sup>, Sotus<sup>9</sup>, Toletus<sup>10</sup>, Roncaglia<sup>11</sup>; Bonacina<sup>12</sup> cum Sà, Valentia, Coninck<sup>1)</sup>, Henriquez<sup>m)</sup>, Reginaldo<sup>1)</sup> et

Graffio<sup>m)</sup>; item Silvius, Ledesma, Diana, Villalobos, etc. — Ratio, quia diacono vi ordinationis non competit officium baptizandi, nisi ex commissione sacerdotis. Unde, cum ipse baptizat in casu necessitatis sine commissione, non baptizat ex officio, sed eodem modo quo clericus inferior, vel laicus (juxta dicta *n. 116, Dub. 1 et 2*). Et quamvis ipse ut dignior in jure illis praeferatur; tamen hujus ordinis perversio non apparet tam gravis, ut de mortali damnetur.

Dubitatur 4<sup>o</sup>. *An laicus baptizans, praesente clerico inferiori, peccet mortaliter?* Videtur affirmare Pater Concina<sup>13</sup>; cum dicat, ex jure divino semper sub gravi servandum ordinem, nisi necessitas impediatur. — E converso, Palaus<sup>14</sup> dicit nullum esse peccatum; cum de hoc nullum inveniat praeceptum divinum aut ecclesiasticum.

Recte vero alii communiter docent id non esse mortale. Quia talis perversio ordinis non videtur tam gravis; cum ex vi Ordinis nemo praeter sacerdotem et diaconum ex commissione habeatur specialiter deputatus ad baptizandum. Ex altera parte, id non videtur excusari a culpa

*Gabr. a S. Vinc.*, de Bapt., disp. 3, qu. 2, in fine. — <sup>1</sup> De Bapt., cap. 3, qu. 2. — *Silvest.*, v. *Baptismus III*, n. 1, i. f. — <sup>2</sup> Man., de Sacram., tract. 3, cap. 5, v. *Licet autem*; cfr. *Clyp.*, de Ministro Bapt., disp. 2, art. 1, num. 12. — <sup>3</sup> De Bapt., num. 121, v. *Resp. 2*. — <sup>4</sup> De Bapt., qu. 8, resp. 3. — <sup>5</sup> De Bapt., cap. 9, num. 7. — *Vasq.*, disp. 147, cap. 5, num. 30 et 34. — *Fill.*, tr. 2, cap. 4, n. 82, i. f. — <sup>6</sup> De Bapt., cap. 3, qu. 1. — *Coninck*, qu. 67, dub. 2, n. 19. — *Praepos.*, in 3 P., qu. 67, in 5 prior. art., dub. 2, n. 6. —

<sup>7</sup> Tract. 2, cap. 4, num. 9. — <sup>8</sup> Disp. 31, sect. 4, num. 9, v. *Unde tertio*. — <sup>9</sup> In 4, dist. 4, qu. unic., art. 2. — <sup>10</sup> Lib. 2, cap. 20, n. 2. — <sup>11</sup> Tr. 17, cap. 3, qu. 1, resp. 2. — <sup>12</sup> De Bapt., qu. 2, punct. 5, n. 11. — *Sà*, v. *Baptismus*, n. 7. — *Valent.*, in 3<sup>o</sup> P., disp. 4, qu. 2, punct. 1, v. *Quamvis*. — *Silvius*, in 3 P., qu. 67, art. 8, v. *Satis convenit*. — *Petr. de Ledesma*, Sum., de Sacram. Bapt., cap. 6, concl. 4, dico 2. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 4. — *Villal.*, part. 1, tr. 5, diff. 8, n. 10. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 7. — <sup>14</sup> Tr. 19, punct. 9, n. 11.

<sup>h)</sup> Henriquez non citatur a Renzi pro hac secunda sententia; et priorem tueretur, uti refert ipse S. Alphonsus ex eodem Renzi supra.

<sup>1)</sup> Contin. Tournely, de Bapt., cap. 5, post concl. 3, quaer. 1, v. *Porro ordo*, perspicue et a fortiori hanc sententiam tenere censendus est, cum dicat esse mortale si subdiaconus baptizat praesente diacono.

<sup>2)</sup> Reginaldo id perspicue inquit, dum, *lib. 27, n. 44*, haec scribit: «Peccatum vero quod committit... laicus praesente clerico, cui nec ex commissione competit baptizare, non videtur plus quam veniale». Quibus verbis insinuare videtur mortale fore, si diaconus, cui ex commissione competit baptizare, praesens fuerit.

<sup>3)</sup> Canonem istum Gratianus desumptum esse ait ex epist. S. Augustini ad Fortunatum; sed revera, uti dicit Richter in sua Corporis

juris editione, «non est apud Augustinum, sunt tamen similia quaedam in epistola ad Fortunatum». Quae quidem recte sunt dicta, sed adhuc longius petita, dum in Op. contra epistolam Parmeniani, *lib. 2, n. 29*, S. Augustinus expresse dicit laicum posse in necessitate baptizare; si vero id faciat extra necessitatem, esse illicitum.

<sup>4)</sup> Coninck contrarium tenet, uti notavit supra S. Alphonsus ex Renzi. Male igitur a Bonacina allegatur; sicut et Reginaldus, qui recte pro prima sententia adducitur a S. Alphonso ex Concina.

<sup>5)</sup> Henriquez, *lib. 2, cap. 28, num. 3, lit. f*; Jacob. de Graffis, *Decis. aur.*, part. 2, *lib. 1, cap. 4, n. 2*, volunt quidem ordinem hunc servandum esse; non tamen indicant utrum sub gravi servandus sit, an dumtaxat sub levi.

veniali: tum quia id videtur aliqualis indecentia; tum quia est contra praescriptum Ritualis Romani. — Ita Sotus<sup>9)</sup>, Suarez<sup>1)</sup>, Gonet<sup>2)</sup>, Petrocorensis<sup>3)</sup>, Bonacina<sup>4)</sup>, Holzmann<sup>5)</sup>, Sporer<sup>6)</sup>, Roncaglia<sup>7)</sup>; Renzi<sup>8)</sup> cum Laymann; et Salmant.<sup>9)</sup> cum Villalobos, Ledesma<sup>o)</sup>, Dicastillo, Leandro et Gabriele.

Dubitatur 5<sup>o</sup>. *An peccet graviter parentes qui faciunt baptizare prolem a praedicante, ad evitandas poenas edicti id praecipientis?*

Lacroix<sup>10)</sup>, quamvis fateatur sententiam affirmativam tenendam uti absolute veram; tamen deinde affert rationes dubitandi: dicens quod eo casu non recognoscitur praedicans tamquam verus, sed potius tamquam validus minister, a quo exquiritur baptizatio ad vitandam vexationem, permittendo tunc fieri, non vero petendo impias ejus caeremonias adhiberi. — Sed omnino affirmandum id esse mortale; ut docent Lessius<sup>11)</sup>, Pignatelli<sup>12)</sup>, et Holzmann<sup>13)</sup> cum Michel. Ratio, quia per idem edictum poenale determinantur parentes ad veram religionem contemnendam, vel saltem ad falsam honorandam. Refertque Pignatelli Clementem VIII<sup>14)</sup> jam declarasse non licere extra necessitatem extre-

mam, ne a schismaticis quidem petere sacramenta.

118. — Hic ultimo notandum I<sup>o</sup>. Quod nec licite nec valide potest unquam aliquis baptizare seipsum; cum persona baptizantis omnino diversa esse debeat a persona baptizati. — Ita communiter Contin. Tournely<sup>14)</sup>, Concina<sup>15)</sup> et alii omnes, ex *cap. 4, de bapt.*, ubi id expressum habetur.

Notandum II<sup>o</sup>. Quod graviter peccant qui per multum temporis differunt infantem baptizare. — Id commune est apud omnes; ex pluribus conciliis provincialibus, quae decrevere pueros baptizandos quam cito fieri potest. Et in Rituali Romano dicitur: *Parochus hortetur..., ne illis (pueris) sacramentum tantopere necessarium nimium differatur cum periculo salutis*.

Qualis autem reputetur dilatio gravis?

Palaus<sup>16)</sup> ex Suarez<sup>a)</sup>, etc., putat dilationem ultra mensem esse gravem, si non adsit causa<sup>b)</sup>; si vero adsit, esse gravem duos menses. — Vere idem sentit Laymann<sup>17)</sup>, dicens: *Nulla autem ordinariae necessitas urget, tametsi unum aut sesquimenssem exspectandum sit, donec cum decenti solemnitate Baptismus infanti con-*

Offerre prolem baptizandam praedicanti, omnino mortale.

Baptizans coram clerico non peccat graviter.

Videtur peccare venialiter.

Nemo sibi minister Baptismi.

Multum differre Baptisum infantis, lethale.

Dilatio gravis, quanta.

<sup>1</sup> Disp. 31, sect. 4, n. 9. — <sup>2</sup> Man., de Sacram., tr. 3, cap. 5, v. *Licet*. — <sup>3</sup> De Bapt., cap. 5, qu. 5. — <sup>4</sup> De Bapt., qu. 2, punct. 5, n. 11. — <sup>5</sup> De Bapt., n. 121, v. *Resp. 3*. — <sup>6</sup> Suppl. Sacram., cap. 1, n. 85, v. f. — <sup>7</sup> Tr. 17, cap. 3, qu. 1, resp. 2. — <sup>8</sup> De Bapt., cap. 3, qu. 1, i. f. — *Laym.*, lib. 5, tr. 2, cap. 7, n. 4. — <sup>9</sup> Tr. 2, cap. 4, n. 7. — *Villal.*, part. 1, tr. 5, diff. 8, num. 10. — *Dicast.*, tr. 2, de Bapt., disp. 2, dub. 2, n. 31. — *Leand.*, de Bapt., disp. 4, qu. 9. —

*Gabr. a S. Vinc.*, de Bapt., disp. 3, qu. 2, v. *Sed quaeres*. — <sup>10</sup> Lib. 6, part. 1, num. 281 et 282. — <sup>11</sup> Auctar., v. *Baptismus*, cas. 1. — <sup>12</sup> Tom. 7, consult. 55, n. 2; cfr. consult. 41, n. 1. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 133. — *Michel*, de Bapt., § 3, n. 10. — *Pignat.*, loc. cit., consult. 41, n. 1. — <sup>14</sup> De Bapt., cap. 5, post concl. 3, quaer. 9. — <sup>15</sup> De Bapt., cap. 9, n. 12. — *Rit. Rom.*, de Baptizandis parvulis. — <sup>16</sup> Tr. 19, punct. 8, n. 4. — <sup>17</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, n. 9.

<sup>n)</sup> Sotus, in 4, dist. 4, qu. un., artic. 2, v. *Circa tertiam*, quaerit universaliter «quanta esset culpa ordinem illum pervertere, ut inferior in praesentia majoris sese ingereret ad baptizandum». Et respondet nunquam esse mortale, si mulier in praesentia viri baptizet; quia, cum laicus id non habeat ex officio, non usurpatur ejus munus, sed esse quamdam indecentiam levem; subditque: «Pari ratione non erit mortale, si laicus praesente diacono baptizet, quoniam nec diacono illud ex officio incumbit; sed est veniale». Ex quibus idem colligendum esse videtur, si laicus praesente quocumque clerico inferiori baptizet.

<sup>o)</sup> Petrus de Ledesma, Sum., de Sacram. Bapt., cap. 6, concl. 4, v. *Dico 2*, negat quidem esse peccatum; sed videtur intendere de mortali peccato; addit enim rationem: quod scilicet solus sacerdos est minister ex officio;

«ergo quoad ejus officium non usurpatur, non erit peccatum mortale».

<sup>p)</sup> Clemens VIII, in sua *Instructione super ritibus Italo-Graecorum*, de die 31 Aug. 1595, haec § 4 statuit: «Non sunt admittendi episcopi schismatici sive pro Ordinibus, sive pro aliis sacramentis conferendis». Conformis habetur S. Off. declaratio de die 20 Aug. 1671. «Non permittat [episcopus] schismaticis administrare sacramentum Baptismatis, nisi in casu necessitatis, et deficiente alia quacumque persona catholica».

118. — <sup>a)</sup> Palaus doctrinam hanc vere colligit ex Suarez, seu potius sic determinat doctrinam Suarez, qui, *disp. 25, sect. 2, v. f.*, v. *Sed quaeres*, scribit: «Quanta vero possit esse dilatio, et quando sit nimia censenda, prudentis arbitrio relinquendum est».

<sup>b)</sup> Scilicet causa gravis, uti vult Palaus,

ferri possit; quamquam... dilatio non nisi ex gravi causa fieri debet. — Salmant.<sup>1</sup> autem censent non esse mortale minus differre quam ultra quindecim vel viginti dies, etiam sine urgenti ratione. — Juenin contra, juxta morem suum arctandi conscientias usque ad extremum, dicit ultra unum vel alterum diem Baptisma differri non debere. — Tournely<sup>c)</sup> autem putat dilationem non extendendam ultra quinque vel sex dies. — Petrocorensis<sup>2</sup> censet gravem, dilationem excedentem octo dies.

Sed communius et probabilius Sotus, Leander et Ledesma<sup>d)</sup>, apud Concina<sup>3</sup>, ac Roncaglia<sup>4</sup>, dicunt non esse gravem dilationem, nisi decem vel undecim dies excedantur<sup>d)</sup>.

Notandum III<sup>o</sup>. Quod prohibentur infantes baptizari domi, exceptis liberis regum vel principum; ut habetur ex clem. unica, de bapt. — Et cum hic agatur de re gravi, transgressio erit equidem mortalis; ut

<sup>1</sup> Tr. 2, cap. 5, num. 12. — Juen., Institut., part. 8, dissert. 2, qu. 6, cap. 1, post concl. 3, v. Quaes. — <sup>2</sup> De Bapt., cap. 6, qu. 13, v. His ergo. — Sotus, in 4, dist. 5, qu. un., art. 3, v. Unde a prima. — Leand., disp. 1, qu. 14. — <sup>3</sup> De Bapt., cap. 11, n. 19. — <sup>4</sup> Tr. 17, cap. 1, qu. 3, resp. 2. — <sup>5</sup> Loc. cit., cap. 3, qu. 3. — <sup>6</sup> Lib. 2, de Bapt., cap. 2, § 3, num. 5. — Silvius, Resol. var., v. Baptismus IV, concl. 1. — <sup>7</sup> Lib. 6, part. 1, num. 337. — Palaus, tr. 19,

recte dicunt Roncaglia<sup>5</sup>, Tamburinius<sup>6</sup>, et Silvius apud Croix<sup>7</sup>. Nomine autem liberorum veniunt non solum filii, sed etiam nepotes et alii descendentes; ut notat Glossa<sup>8)</sup>. — Et in eo casu dicunt Palaus, Coninck, Toletus, Sotus, etc., cum Croix<sup>8</sup> (contra alios), solemniter conferendum esse Baptismum; quia omissionem caeremoniarum solus casus necessitatis excusat.

Nomine vero principum, opinantur Jordanus<sup>9)</sup>, Ricci, Quintanadenas, apud Croix<sup>9</sup>, probabiliter venire omnes barones obtinentes temporalem jurisdictionem. — Sed probabilius videtur cum Glossa<sup>8)</sup>, Roncaglia<sup>10</sup>, Suarez<sup>11</sup>, Tamburinio<sup>12</sup>, Tournely<sup>h)</sup>, Elbel<sup>i)</sup> et aliis pluribus, intelligi tantum filios principum absolutam potestatem habentium.

Item Laymann<sup>13</sup> cum Armilla censet graviter peccare<sup>j)</sup> magnates, qui extra necessitatem faciunt filios baptizare domi — vel etiam in ecclesia privatim, ut Silvius<sup>14</sup> cum Navarro<sup>k)</sup> et Ledesma<sup>l)</sup> —, ut deinde

punct. 9, n. 7. — Coninck, qu. 71, n. 15; et qu. 67, n. 3. — Tolet., lib. 2, cap. 28, n. 1. — Sotus, in 4, dist. 4, art. 3, concl. 2, i. f. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 338. — Alois. Ricci, Prax. aur., resol. 427. — Quintana, tr. 1, singul. 21, n. 2 et 3. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 1, num. 337. — <sup>10</sup> Tr. 17, cap. 3, qu. 3. — <sup>11</sup> Disp. 30, sect. 2, n. 3, i. m. — <sup>12</sup> De Bapt., cap. 2, § 3, n. 7. — <sup>13</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, n. 9. — Armilla, v. Baptismus, n. 35. — <sup>14</sup> In 3 P., qu. 71, art. 4.

« qualis forte est, addit, ut Baptismus majori cum solemnitate fiat ».

<sup>c)</sup> Contin. Tournely, de Bapt., cap. 5, post concl. 3, quaer. 4, disserens de parrocho, dicit grave peccatum esse Baptismum differre usque ad quartum diem, ubi lex dioecesana prohibet ne ultra triduum infantis Baptismus differatur.

<sup>d)</sup> Petrus de Ledesma male citatur a Concina; nam, de Bapt., cap. 7, concl. ult., gravem esse ait quindecim aut viginti dierum dilationem. — Sotus vero et Leander dicunt lethale esse ultra octo aut decem dies differre.

<sup>e)</sup> Ita sane ex Glossa in clem. un. de Bapt., v. Liberi; et ex leg. Liberorum 220, ff. de verbor. signif.; sed laudata Glossa subdit: « Inellige de descendentes ex filiis masculis ».

<sup>f)</sup> Jordanus Pax, lib. 3, tit. 1, de Bapt., n. 15, satis perspicue id innuit negans posse extendi hoc privilegium « ad simplices comites carentes comitatu et jurisdictione ».

<sup>g)</sup> Glossa in clem. un. de Bapt., v. Regum, requirit ut « principatus hic sumatur pro notabili potentatu, merito comparando regiae dignitati ».

<sup>h)</sup> Contin. Tournely, de Bapt., cap. 5, post concl. 3, quaer. 2, absurdum esse ait sub nomine principum comprehendendi « omnes... quibus temporanea in alios jurisdictione competat ». Et praeterea negat tali nomine comprehendendi simplicem pagi vel oppidi toparcham.

<sup>i)</sup> Elbel, confer. 7, de Bapt. necessit. et effectu, n. 84, pariter: « Praefata constitutio, inquit, non est extendenda ultra proprietatem verborum; atqui nomine regum ac principum, proprie loquendo non veniunt quivis jurisdictionem temporalem obtinentes ». Subdit tamen doctores communiter monere standum esse in praxi consuetudini in dioecesi receptae.

<sup>j)</sup> Scilicet a peccato non excusantur, ut ajunt Laymann et Armilla.

<sup>k)</sup> Navarrus, Man., cap. 22, n. 7, peccare ait presbyterum qui baptizat « citra necessitatem sine exorcismo et aliis solemnitatibus debitis, vel cum illis extra ecclesiam, praeterquam principum filios ».

<sup>l)</sup> Petrus de Ledesma, de Bapt., cap. 6, concl. 4, quaer. 2, peccatum mortale esse ait, extra necessitatem sine caeremoniis baptizare. Ex qua doctrina Silvius suum assertum colligit.

cum pompa caeremoniae perficiantur in ecclesia, postquam advenierint patrini: qui equidem, collato jam antea Baptismo, nec patrini efficiuntur. — His tamen non obstan-

tibus, puto quod, ubi introducta est consuetudo domi baptizandi filios magnatum, ipsa non est facile improbanda; ut ait Croix<sup>1</sup>.

## ARTICULUS II.

AN DUO POSSINT SIMUL UNUM BAPTIZARE.

Si unus materiam, alter formam applicet, Baptismus nullus.

119. — « Resp. I<sup>o</sup>. Si alter applicet materiam, alter formam, nullus erit Baptismus. Quia dicens se abluere cum non « abluat, formam habet falsam, etiamsi « usurpet Graecorum, Baptizetur servus « Christi, vel quae putatur illi aequivalere, « Baptizet te Christus: subintelligitur enim « per me; alioqui, si excludatur persona « ministri, ut sensus sit, baptizet te Christus, et non ego, sive non per me, forma « nulla est ». — [Ita S. Thomas<sup>2</sup>, et alii communiter cum Salmant.<sup>3</sup> et Concina<sup>4</sup>].

« In casu tamen necessitatis posse sub « conditione ita Baptismum conferri, ut « v. gr. mutus formam nesciens ablueret, « caecus autem formam pronuntiaret, do- « cet Hurtadus<sup>5</sup>; additque, debere talem, « elapso periculo, iterum sub conditione « baptizari. Vide Escobar, Filiuicium<sup>6</sup>; « Diana<sup>6</sup> ex Chapeville, Marsilio, etc.; « Bonacina<sup>7</sup>, Laymann<sup>8</sup> ». — [Ita etiam Suarez cum Cajetano, Marsilio; Leander, etc., apud Salmant.<sup>9</sup>].

120. — « Resp. II<sup>o</sup>. Si plures ministri « singuli abluant, et formam pronun-

<sup>1</sup> Lib. 6, part. 1, n. 337. — <sup>2</sup> 3 P., qu. 67, art. 6, ad 3. — <sup>3</sup> Tr. 2, cap. 4, n. 28 et 30. — <sup>4</sup> De Bapt., cap. 9, n. 10. — Escob., tr. 7, exam. 2, cap. 4, num. 25, (edit. Lugd. s. d.). — <sup>5</sup> Tr. 2, cap. 4, num. 79. — <sup>6</sup> Part. 5, tr. 3, resol. 26. — Chapev., de Modo administ. Sacram. tempore pestis, cap. 2, qu. 20. — Marsil. ab Inghen, in 4, qu. 4, art. 4, dub. 11. — <sup>7</sup> De Bapt., qu. 2, punct. 4, n. 23. — <sup>8</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 7, n. 5. — Suar., disp. 23, sect. 3, n. 14, i. f., v. Ad

« tient, graviter peccant contra ritum Ecclesiae.

« De valore sic solet distingui:

« 1<sup>o</sup>. Si quilibet intendit baptizare de- « penderet ab alio, ut causa particularis, « invalide baptizant; sive singuli dicant, « Ego te baptizo, sive, Nos te baptizamus. « Quia forma, cujus sensus censetur esse « absolute et independentem baptizare, non « cobaptizare, est falsa ». — [Idem docet S. Thomas<sup>10</sup> cum Suarez, Vasquez, et Salmant.<sup>11</sup> communiter].

« 2<sup>o</sup>. Si quisque per se intendat baptizare independentem ab alio, valide baptizat, quia omnia requisita ponit; ut patet « a simili in Missa ordinationis, qua sacer- « dotes noviter ordinati simul consecrant « cum episcopo: dummodo simul eodem « instanti formam absolvant. Si autem non « simul absolvant, is tantum consecrat vel « baptizat qui prius absolvit. Vide Filiuicium<sup>12</sup> et Bonacina<sup>13</sup>, Laymann<sup>14</sup> ». — [Ita S. Thomas<sup>15</sup>, S. Bonaventura cum Salmant.<sup>16</sup> communiter; contra Cajetanum<sup>17</sup> et Marsilium<sup>18</sup>].

Si uterque materiam et formam applicet, quandoque Baptismus est nullus.

Quandoque validus.

119. — <sup>a)</sup> Gasp. Hurtadus, disp. 2, diff. 6, male citatur a Busenbaum ex Escobar; dicit enim merito negari talem Baptismum unquam validum esse; nec loquitur de casu quo sub conditione conferendus foret.

120. — <sup>a)</sup> Cajetanus et Marsilius ab Inghen a Salmant. n. 28, citantur, quasi teneant va-

lidum esse Baptismum collatum a pluribus tamquam causis partialibus; et revera ita tenent duo isti auctores: Cajetanus scilicet, in 3 P., qu. 67, art. 6, i. f.; et Marsilius, in 4, qu. 4, art. 4, dub. 11, de Baptismo in quo unus aquam funderet, alter vero formam proferret; id tamen dicunt de casu necessitatis.

## DUBIUM IV.

## Quod sit Subjectum Baptismi.

121. *Quis sit capax Baptismi. An pueri et amentes.* — 122. *De poenis rebaptizantium. An rebaptizantes sub conditione fiant irregulares.* — 123. *De infante nondum nato (Remissive ad n. 107).* — 124. *An baptizandi sint fetus abortivi. An plures eodem tempore.* — 125. *An conferendus sit Baptismus monstris.* — 126. *An sint baptizandi filii infidelium, et quae in hoc puncto sint certa. Certum est 1° talem Baptismum semper esse validum.* — 127. *2° Baptizandos esse filios, si parentes defecerint a fide. Quid, si mansuri sint apud parentes haereticos.* — 128. *3° Si ipsi filii infidelium petant. Quid in dubio an careant ratione.* — 129. *4° Si sint in periculo mortis.* — 130. *5° Si sint positi extra curam parentum.* *6° Si capti sint in bello.* *7° Si parentes sint servi.* — 131. *8° Si unus parentum consentiat.* — 132. *Dub. 1. An baptizari possint filii infidelium usu rationis carentes, invitatis parentibus. Et an ii quos pater offert ut liberentur a morbo.* — 133. *Dub. 2. An liceat vendere infantes parentibus paganis.* — 134. *An et quando possit repeti Baptismus sub conditione. Not. 1. Quid, si adsit unus testis de Baptismo collato. Not. 2. Quid de adultis natis ex christianis. Not. 3. Quid, si pueri sint arrepti a barbaris.* — 135. *De infantibus expositis.* — 136. *De baptizatis ab obstetricibus et a laicis.* — 137. *De baptizatis ab haereticis. Vide alia apud Busenbaum.* — 138. *De effectibus Baptismi.* — 139. *De dispositione requisita in adultis baptizandis.*

Subjectum Baptismi.

121. - « Resp. I°. Subjectum capax Baptismi est solus homo vivus, ab Adamo « descendens, nondum baptizatus.

Infantes et amentes.

« Resp. II°. Valide baptizantur infantes. « — Item perpetuo amentes, qui nunquam « usi sunt ratione; quia censetur ejusdem « conditionis cum infantibus <sup>a)</sup>. Si autem « aliquando sint usi ratione, non valet « Baptismus, nisi ante amentiam petiverint. — Vide Bonacina <sup>1</sup>, Laymann <sup>2</sup>.

« Unde resolves:

« 1°. Si puer inter baptizandum nondum finita forma moriatur, Baptismus « est nullus ».

Iteratus Baptismus non valet.

122. « 2°. Non valet Baptismus iteratus. « Ideoque uterque, tum rebaptizans, tum « rebaptizatus, peccant mortaliter, fiuntque « irregulares, et in jure civili subjacent « poenae mortis ». [Est certum cum Salmant. <sup>3</sup>]. — « Quas tamen poenas non videtur « detur incurrere is qui, etsi sine justa

« causa, rebaptizat sub conditione: quia « intelliguntur de Baptismo absolute dato, « quando moraliter constat priorem Baptismum fuisse validum. — Vide Laymann <sup>4</sup>, Bonacina <sup>5</sup> ».

Certum est quod, cum Baptismus repetitur sine justa causa, tam rebaptizans quam rebaptizatus fiunt irregulares <sup>a)</sup>, ex cap. 2, de apostat., et can. 65, dist. 50.

Sed magna Quaestio est inter doctores: *An rebaptizantes sub conditione et sine justa causa irregularitatem incurrant?*

Prima sententia, quam tenent Suarez <sup>6</sup>, Navarrus <sup>7</sup>, Bonacina <sup>8</sup>, Laymann <sup>9</sup>, Palaus <sup>10</sup>, Anacletus <sup>11</sup>, Holzmann <sup>12</sup>, Salmant. <sup>13</sup>, Croix <sup>14</sup>, Pontas <sup>15</sup> (cui non dissentit [Contin.] Tournely <sup>16</sup>), dicit quod talis rebaptizans, licet non excusetur a gravi sacrilegio, tamen non incurrit irregularitatem <sup>b)</sup>. Ratio, quia leges poenales strictae intelligi debent et cum effectu. Qui

Ex iteratione Baptismi, irregularitas.

Rebaptizans sub conditione sine causa, non fit irregularis juxta alios.

<sup>1</sup> De Bapt., qu. 2, punct. 6, num. 1 et 19. — <sup>2</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6. — <sup>3</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 4. — <sup>4</sup> Loc. cit., cap. 5; cfr. lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 2, n. 1, i. f. — <sup>5</sup> Loc. cit., punct. 5, num. 20 et 21; cfr. de Irregul., disp. 7, qu. 3, punct. 3. — <sup>6</sup> Disp. 31, sect. 6, dub. 5. — <sup>7</sup> Man., cap. 27, n. 246. — <sup>8</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 3, punct. 3, n. 4. —

<sup>9</sup> Lib. 1, tract. 5, part. 5, cap. 2, num. 1, iv. — <sup>10</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 16, num. 5. — <sup>11</sup> Tr. 13, de Censur., dist. 3, num. 11. — <sup>12</sup> De Poenis eccl., num. 343. — <sup>13</sup> Tr. 10, de Censur., cap. 8, n. 61. — <sup>14</sup> Lib. 7, n. 483. — <sup>15</sup> V. Irregularitas, cas. 131. — <sup>16</sup> De Irregul., part. 3, cap. 2, v. Sed quid.

121. - <sup>a)</sup> Concordat declaratio S. Off., de die 8 Martii 1770; et hoc valet etiam si sint infidelium filii, uti declaravit S. C. de Prop. Fide, 17 April. 1777, ad dub. I, 1.

122. - <sup>a)</sup> Canon *Confirmandum 65, dist. 50*, loquitur de ipso rebaptizato; sed cap. *Ex litterarum 2, de apostatis*, de acolytho qui ministrat publice rebaptizanti, quemque in irregularitatem incurrere statuit; ex quo doctores, ait Palaus, colligunt ipsum rebaptizantem in eamdem poenam incurrere; acolythus enim in eam incurrit propter cooperationem.

<sup>b)</sup> Quamvis auctores non pauci sileant de sacrilegio, omnes tamen in eo consentiunt

autem baptizat baptizatum sub conditione, dicens: *Si non es baptizatus, etc.*, is revera non rebaptizat, quia conditio apposita actum invalidat; qui enim dicit: *Ego te baptizo si non es baptizatus*, idem est ac si diceret: *Ego te non baptizo*. Et ob eamdem rationem censent Anacletus <sup>1</sup>; et Salmant. <sup>2</sup> cum Bonacina, Cornejo et Avila, non incurrere irregularitatem, qui ob metum baptizaret baptizatum animo simulato.

Juxta alios, fit irregularis.

Secunda vero sententia affirmat tales rebaptizantes irregularitatem non effugere. Et hanc tenent Natalis Alexander <sup>c)</sup>, Concina <sup>3</sup>, Filliuccius <sup>d)</sup>; Renzi <sup>4</sup> cum Ledesma, Soto, Victoria, etc. Item noster Summus Pontifex Benedictus XIV <sup>5</sup> cum Sayro, Barbosa, Ugolino, Megalio <sup>e)</sup>, etc. — Probatur ex Catechismo Romano <sup>6</sup>, qui reprehendens eos qui in ecclesia cum conditione rebaptizant pueros, quamvis exploratum habeant domi vere esse baptizatos, dicit: *Quod quidem sine sacrilegio facere non possunt, et eam maculam suscipiunt quam divinarum rerum scriptores irregularitatem vocant*. Idemque refert noster Pontifex fuisse sancitum in tertia synodo Mediolanensi. — Insuper probatur ratione: quia, cum quis certo scit puerum esse baptizatum, et rebaptizat sub conditione, conditio apponitur in fraudem legis, et ideo habetur pro non apposita.

Prima sententia, spectata ratione, non caret gravi fundamento. — Sed secunda, spectata auctoritate, videtur probabilior.

123. - 3°. « Nondum perfecte natus est « baptizandus, si sit periculum, dummodo « pars aliqua possit ablui; quia est homo « vivus, nec certo constat esse incapacem ».

<sup>1</sup> Tr. 13, de Censur., dist. 3, num. 11. — <sup>2</sup> Tr. 10, de Censur., cap. 8, n. 61. — <sup>3</sup> Bonac., de Irregul., disp. 7, qu. 3, punct. 3, num. 7. — <sup>4</sup> Cornejo, de Irregul., disp. 5, dub. 1, quac. 4 et 5. — <sup>5</sup> Avila, de Censur., part. 7, disp. 7, dub. 4. — <sup>6</sup> De Bapt., cap. 15, num. 13. — <sup>7</sup> De Bapt., cap. 4, qu. 10. — <sup>8</sup> Martin. de Ledesma, 1<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 7, art. 9, dub. 3, propos. 1. — <sup>9</sup> Sotus, in 4, dist. 3, qu. unic., art. 9, v. *Quarum argum.* — <sup>10</sup> Victoria, Summa, num. 36. — <sup>11</sup> Notif. 84, n. 11 et 13. — <sup>12</sup> Sayr., de Irregul., lib. 7, cap. 8, num. 23. —

Vide dicta n. 107, v. *Secunda*, ubi diximus probabilem esse sententiam, quod possit infans sub conditione baptizari in utero matris, si per instrumentum aqua tingi valeat.

124. - « 4°. Si dubium sit an infans vivat, baptizandus est sub conditione ».

Quid in dubio de vita infantis.

Dicit Natalis Alexander <sup>7</sup> quod, nisi appareat evidens signum vitae in fetu abortivo, non est dandus Baptismus, etiamsi adsit aliquod aequivocum signum. — Si loquamur de Baptismo absolute ministrando, recte sentit Natalis; sed loquendo de Baptismo sub conditione conferendo, omnino dicendum cum Busenbaum (ut supra) et Salmant. <sup>8</sup>, illum sine dubio ministrandum, quandocumque aliquod apparet dubium de vita prolis. — Hinc optime censent Cardenas <sup>9</sup>, Roncaglia <sup>10</sup>, Mazzotta <sup>11</sup> et Croix <sup>12</sup> cum aliis auctoribus gravissimis, omnes fetus abortivos, si per aliquem motum dent signum vitae, et non constet esse anima destitutos, semper esse baptizandos sub conditione, si vivant. Maxime cum hodie vigeat opinio, non sine plausu a peritis recepta, quod fetus ab initio conceptionis, vel saltem post aliquos dies, anima informetur.

Quid de fetibus abortivis.

Caeterum bene advertit [Contin.] Tournely <sup>13</sup>, non debere baptizari carneam massam quae nullam habeat organorum dispositionem; cum ubique receptum sit, non prius infundi animam corpori quam istud formatum fuerit. Et tunc, ut baptizetur, requiritur ut indicet aliquem motum vitalem; prout praescribit Rituale Romanum <sup>14</sup>.

« 5°. Valide baptizatur quem minister « putat esse alium: aut licet sit puella,

Error personae non tollit valorem.

Barbosa, in cap. *De quibus*, num. 3, de bapt. — *Ugolin.*, de Irregul., cap. 35, § 3, num. 4. — <sup>6</sup> Part. 2, cap. 2, de Sacram. Bapt., n. 57. — *Synod. Mediolan. III*, Decret. 12, v. *Sacerdos*. — <sup>7</sup> De Bapt., cap. 7, propos. 2, reg. 3. — <sup>8</sup> Tr. 2, cap. 6, num. 3. — <sup>9</sup> Cris., disp. 14, n. 29 et 30. — <sup>10</sup> Tr. 17, cap. 4, qu. 4, resp. 3. — <sup>11</sup> Tr. 5, disp. 2, qu. unic., cap. 4, post init. — <sup>12</sup> Lib. 6, part. 1, n. 294. — <sup>13</sup> De Bapt., cap. 7, sect. 2, concl. 2, v. *Ex his inferes*. — <sup>14</sup> De Baptizand. parvulis.

quod negant irregularitatem hoc casu incurrere: Navarrus tamen negat irregulares fieri eos qui « bona fide » sic rebaptizarent.

<sup>c)</sup> Natalis Alexander, *de Bapt.*, cap. 8, propos. 7, reg. 5, huic sententiae perspicue acquiescere videtur; adducit enim in confirmationem alius suae propositionis S. Carolus

et Catechismum Romanum sententiam hanc propugnantes.

<sup>d)</sup> Filliuccius, *tr. 20, cap. 6, n. 182, i. f.* ait: « Timenda esset tunc irregularitas », quamvis conditio exterius proferretur.

<sup>e)</sup> Megalio, *Institut. confessar.*, 3 part., lib. 7, cap. 2, n. 36, a priori sententia aegre



« quam putat esse puerum; quia intendit « baptizare praesentem. Aliud est in Matrimonio; quia intendit contrahere cum « illa quam putat. — Bonacina<sup>1</sup>.

« 6°. Valide, etsi extra necessitatem « illicite, plures simul baptizantur, hac « forma: *Ego vos baptizo, etc.* — Bonacina<sup>a)</sup> ».

Ita S. Thomas<sup>b)</sup>, et Rituale Romanum, ubi dicitur: *Quam tamen formam (Ego vos baptizo, etc.) in iis solum et in aliis similibus mortis periculis ad plures simul baptizandos, et ubi tempus non patitur ut singuli separatim baptizentur, alias nunquam, licet adhibere.*

125. — « 7. Monstrum quod capite et « pectore formam hominis refert, est baptizandum; secus, si bestiale refert. « Quod si vero caput tantum sit ferinum, « putat esse baptizandum Comitulus<sup>a)</sup>; « Navarrus<sup>b)</sup> tamen et alii volunt differendum donec certius cognoscatur, nisi « periculum mortis immineret; tum sub « conditione baptizandum esse ».

Quando dubitatur an monstrum sit homo: baptizandum absolute, si caput sit humanum, licet membra sint ferina; sub conditione vero, si caput sit ferinum et membra humana: hoc vero, si prodierit ex congressu viri cum femina. Nam si prodierit ex viro cum bestia (quod incredibile puto), tunc baptizari semper debere sub conditione. Secus, si ex femina et bruto: tunc enim nullo modo baptizandum; quia

<sup>1</sup> De Bapt., qu. 2, punct. 4, n. 26. — *Rit. Rom.*, de baptizand. parvulis, l. f. — <sup>2</sup> De Bapt., qu. 2, punct. 6, n. 3. — <sup>3</sup> De Bapt., cap. 7, sect. 2, concl. 2. — *Henriq.*,

recedit: « Ab [ista] sententia non recederem, nisi in Catechismo Romano... traditum invenire, baptizantes sub conditione in casu non dubio irregularitatis maculam contrahere ». Et concludit his verbis: « Cum hujus libri auctoritas maxima sit, tutius erit ab hac posteriori sententia non recedere ».

124. — <sup>a)</sup> Bonacina, *de Bapt.*, qu. 2, punct. 4, n. 21, ita sane docet, uti Busenbaum refert, quoad validitatem; quoad licitatem vero extra necessitatis casum, Bonacina illam affert opinionem quae affirmat mortale esse, contra aliquos alios, uti loquitur; et subdit: « Utraque sententia probabiliter sustineri potest ».

<sup>b)</sup> S. Thomas, 3 P., qu. 67, art. 6, ad 2, loquitur de validitate, et dicit posse sic baptizari « in casu necessitatis ».

non descenderet ex Adam, utpote non conceptum ex semine virili. Ita Bonacina<sup>2</sup>; et [Contin.] Tournely<sup>3</sup> cum S. Thomas<sup>c)</sup>, Henriquez, Possevino, etc.

« Quod si habeat membra hominis geminata, et dubitetur num sit unus homo « an duo, duplex Baptismus conferendus « est: unus absolute; alter sub conditione, « in ea parte qua membra apparent imperfectiora. — Vide Laymann<sup>4</sup>, Bonacina<sup>5</sup>, et Rituale Romanum<sup>6</sup> ».

Servandum hic id quod habetur in Rituale Romano, ubi sic dicitur: *Illud vero de quo dubium est una ne an plures sint personae, non baptizetur donec id discernatur. Discerni autem potest, si habeat unum vel plura capita... vel... pectora: tunc enim totidem erunt corda et animae...; et eo casu singuli seorsum sunt baptizandi... Quando vero non est certum in monstro esse duas personas, ut quia duo capita et duo pectora non habet distincta; tunc debet primum unus absolute baptizari et postea alter sub conditione...: Si non es baptizatus, etc.*

126. — « Resp. III. Extra mortis periculum, valide, non tamen licite, baptizantur ethnicorum infantes, invititis parentibus. Ratio, quia vel auferuntur parentibus, et fit illis injuria; vel relinquantur, et fit injuria sacramento, quod exponitur irreverentiae.

« Quod si tamen possint christiane educari (ad quod tunc obligaberis), licebit

lib. 2, cap. 16, n. 2; et cap. 21, n. 1. — *Possevin.*, de Off. curati, cap. 6, n. 13. — <sup>4</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, n. 13. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 4. — <sup>6</sup> De baptizandis parvulis, post med.

125. — <sup>a)</sup> Comitulus, *lib. 1, qu. 8*, ait ejusmodi monstrum, « si ex pectore certa conjectura capi possit humani cordis... sine conditione baptizari posse ». Si vero de hoc dubium moveri possit, sub conditione baptizetur. Demum subdit vix de hoc dubitari posse si natum sit ex viro et muliere.

<sup>b)</sup> Navarrus in suis Consiliis, *consil. 3, de bapt.*, (edit. Venet. 1601, et Colonien. 1616): « Ego nihil de hoc judico, inquit, nec est facultatis meae judicare de illo; itaque remitto hanc partem ei ad quem spectat de illa ferre iudicium, et declarare si est censendus homo rationalis an brutum irrationale ».

<sup>c)</sup> S. Thomas a Contin. Tournely citatur ex Henriquez, qui eum citat pro ratione qua nititur haec sententia, scilicet: si conciperetur

Filii ethnicorum.

Valide baptizantur invititis parentibus.

« in his casibus: 1°. Si parentes sint tua « mancipia; tunc enim tui potius sunt « quam illorum. — 2°. Si parentes ali- « quando fuerint baptizati, vel uterque vel « saltem alteruter; quia tunc Ecclesia jus « in eos habet. — 3°. Si alter parentum petat; tunc enim justa ejus voluntas in « justae alterius praefenda est in favorem prolis et fidei. — 4°. Si infans sit « in periculo mortis. — 5°. Si rationis jam « compos puer petat; quia in negotio religionis est sui juris. In dubio autem de « usu rationis, sufficit esse septem annorum. — Vide Laymann<sup>1</sup>, Filiuicium<sup>2</sup>, « Bonacina<sup>3</sup> ».

Quaeritur: *An filii infidelium valide et licite possint baptizari invititis parentibus?* — Ante omnia hic notanda plura, quae in hoc puncto sunt certa.

Certum est 1°. Tale Baptisma validum esse; ut communiter dicunt Contin. Tournely<sup>4</sup>, Lugo<sup>5</sup>; Salmant.<sup>6</sup> cum S. Antonino, Suarez, Vasquez, Laymann, Coninck, Bonacina et aliis passim, contra Catharinum et Durandum<sup>a)</sup>. Idemque docet noster Summus Pontifex Benedictus XIV in sua Instructione ad Vicesgerentem, quae incipit *Postremo mense*<sup>7</sup>. — Idemque prius docuit D. Augustinus<sup>8</sup>, ubi de hoc rationem dedit, dicens: *Non enim scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex parentum voluntate...; sed: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto.*

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, num. 10. — <sup>2</sup> Tr. 2, cap. 6, a. n. 140. — <sup>3</sup> De Bapt., qu. 2, punct. 6, n. 12. — <sup>4</sup> De Bapt., cap. 7, sect. 2, post concl. 2, v. *Circa*. — <sup>5</sup> Respons. moral., lib. 1, dub. 4, n. 5. — <sup>6</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 10. — *S. Anton.*, part. 2, tit. 12, cap. 2, § 4. — *Suar.*, disp. 25, sect. 1. — *Vasq.*, disp. 153, cap. 6. — *Laym.*, lib. 5, tr. 2, cap. 6, num. 10. — *Coninck*, qu. 68, art. 10, n. 66. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 6, n. 11. — *Cathar.*, Opusc. de pueris Judaeor. ad Baptism. venientibus. — <sup>7</sup> N. 26. — <sup>8</sup> Epist. 98, n. 2; cfr. Migne, Patrol. lat., tom. 33, col. 560. — <sup>9</sup> Disp. 25, sect. 3. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 11. — <sup>11</sup> De Bapt., cap. 7, propos. 3, reg. 1. —

ex bruto et muliere, non contraheret peccatum originale, quod traducitur in homine per virtutem generativam quae est in viro; et hoc profecto docet S. Thomas 1<sup>a</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 81, art. 4 et 5.

126. — <sup>a)</sup> Durandus, *in 4, dist. 4, qu. 7, art. 3, (n. 13)* negat Baptismum hunc valere, si nempe parentes liberi sint.

127. — <sup>a)</sup> Suarez, *disp. 25, sect. 3, dub. 1, v. Duo supersunt*; et Laymann, *loc. cit.*, n. 10, v. *Tertio*, non videntur ad rem citari; asserunt enim posse baptizari infantem uno ex

127. — Certum est 2°. Quod si parentes deficerent a fide ad infideles, bene possunt eorum proles ipsius invititis baptizari. Quia, sicut Ecclesia habet potestatem coercendi parentes ad fidem observandam; ita potest filios ab ipsis auferre. Ita communiter Suarez<sup>9</sup>, Laymann<sup>10</sup>, Natalis Alexander<sup>11</sup>, Palaus<sup>12</sup>, [Contin.] Tournely<sup>13</sup>, Sporer<sup>14</sup>, Antoine<sup>15</sup>, Roncaglia<sup>16</sup>, Holzmann<sup>17</sup>, Salmant.<sup>18</sup> et alii passim. — Et idem dicendum si unus tantum parentum fuerit prius fidelis; ut communiter dicunt Croix<sup>19</sup>, Antoine<sup>20</sup>, Roncaglia<sup>21</sup>, Salmant.<sup>22</sup>, Suarez<sup>a)</sup>, Laymann<sup>a)</sup>, etc.

Quid vero, *si proles sit mansura apud parentes haereticos?*

Negant tunc posse baptizari Suarez<sup>b)</sup>; et Salmant.<sup>23</sup> cum Coninck<sup>c)</sup>, etc.; quia (ut dicunt) tunc obstat periculum proximum quod proles pervertatur. — Sed probabilius affirmant Laymann<sup>24</sup>, et Croix<sup>25</sup>, cum Aversa, Gobat, Arsdekin; et probabile putat Palaus<sup>26</sup>. Ratio: tum quia non est certa perversio talis prolis, cum plures pueri in infantia decedant; tum quia idem periculum urget si proles non baptizetur: baptizaretur enim ab haereticis, a quibus verum quidem Baptisma confertur.

Secus vero dicendum, si Baptismus a quibusdam haereticis invalide conferatur, ut accidit apud Lutheranos, Anabaptistas et Calvinianos; quia tunc horum proles

<sup>12</sup> Tr. 19, punct. 6, num. 9. — <sup>13</sup> Loc. cit., v. *Supponendum 2*. — <sup>14</sup> Supplem. Sacram., cap. 1, n. 52. — <sup>15</sup> De Bapt., qu. 13, resp. 2. — <sup>16</sup> De Bapt., cap. 4, qu. 2, resp. 2. — <sup>17</sup> De Bapt., num. 141, v. *Resp. 2*. — <sup>18</sup> Tr. 2, cap. 6, num. 15. — <sup>19</sup> Lib. 6, part. 1, num. 301. — <sup>20</sup> Loc. cit., v. *Resp. 4*. — <sup>21</sup> Loc. cit., qu. 2, resp. 1. — <sup>22</sup> Loc. cit., num. 15. — <sup>23</sup> Loc. cit., num. 16. — <sup>24</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, num. 12. — <sup>25</sup> Lib. 6, part. 1, num. 307. — *Aversa*, qu. 68, sect. 3, v. *Primo*. — *Gobat*, tr. 2, n. 324. — *Arsdekin*, Theol. tripart., tom. 2, part. 2, tr. 6, qu. 31. — <sup>26</sup> Tr. 19, punct. 6, num. 10.

parentibus (sive sit fidelis sive non) consentiente, altero vero reluctantante.

<sup>b)</sup> Suarez, *disp. 25, sect. 5*, ita plane sentit, dum negat a ministro catholico infantem ex parentibus haereticis natum posse baptizari, nisi minister « spem probabilem concipiat, fore ut hujusmodi puer baptizatus possit suo tempore in vera fide instrui; quodsi nulla via possit hujusmodi spem moralem habere, deberet certe potius a Baptismo abstinere ».

<sup>c)</sup> Coninck, *qu. 68, n. 81*, sententiam hanc

Item licite, si parentes sint apostatae.

Quid, si filii apud parentes haereticos sint mansuri.

Extra necessitatem plures valide sed illicite simul baptizantur.

Quid de monstris.

habentur tamquam filii infidelium, prout ait Croix<sup>1</sup> cum Dicastillo.

Caeterum filii haereticorum vere baptizatorum licite baptizantur, parentibus invitatis, quod obstringi possunt ut illos instruant in fide catholica: quos alias licite possunt superiores ecclesiastici ab eis avellere, ut catholice educantur<sup>d)</sup>. — Ita Laymann<sup>2</sup>, et Croix<sup>3</sup> cum Aversa, Dicastillo, etc.

Filii infidelium habentes usum rationis, et peccantes, baptizandi.

128. - Certum est 3<sup>o</sup>. Quod si filii infidelium habeant usum rationis et Baptismum petant, possunt et debent baptizari, adhuc reluctantibus parentibus. Ita Juenin<sup>4</sup>, [Contin.] Tournely<sup>5</sup>, Lugo<sup>6</sup>, Natalis Alexander<sup>7</sup>, Laymann<sup>8</sup>, Palaus<sup>9</sup>, Roncaglia<sup>10</sup> et noster Pontifex Benedictus XIV<sup>11</sup>; ex D. Thoma<sup>12</sup>, ubi idem docet, inquit: *Si autem habent (usum rationis), jam quantum ad ea quae sunt juris divini vel naturalis, incipiunt (filii) suae potestatis esse; et ideo propria voluntate, invitatis parentibus, possunt Baptismum suscipere, sicut et Matrimonium contrahere.* — Et postquam filius invitatis parentibus est baptizatus,

potest et debet Ecclesia ipsum ab eis segregare, ut a periculo perversionis avertatur. Ita Laymann<sup>13</sup>, Palaus<sup>14</sup>, Salmant.<sup>15</sup>, ex concilio Toletano IV, relato in can. *De Judaeis, dist. 45*, et confirmat S. P. Benedictus XIV<sup>a)</sup>.

Sed quid agendum, si dubium sit an puer habeat vel ne plenum usum rationis?

[Contin.] Tournely<sup>16</sup>, Roncaglia<sup>17</sup> cum Passerino<sup>b)</sup>; et S. P. Benedictus XIV<sup>b)</sup>, dicunt posse baptizari puerum si septennium compleverit; quia tunc praesumptio stat pro usu rationis. — Alii vero, ut Suarez, Vasquez, Coninck, apud Lugo<sup>18</sup>; Sotus<sup>c)</sup>, Laymann<sup>19</sup>, Croix<sup>20</sup>; Roncaglia<sup>21</sup> cum Candido et Pasqualigo; item Coninck, Cabrera, Ochagavia, apud Lugo<sup>22</sup>, dicunt posse puerum baptizari, adhuc non completo septennio; quia in dubio decidendum est in favorem fidei<sup>d)</sup>. Et idem sentit Suarez<sup>23</sup>; quamvis hic moneat exspectandum usque ad perfectum usum rationis. — Melius tamen S. P. Benedictus<sup>24</sup> cum Lugo<sup>25</sup> docet, in dubio rationis ante septennium,

Quid in dubio de usu rationis.

In periculo mortis, proles infidelium baptizanda.

cap. 6, n. 14. — <sup>16</sup> De Bapt., cap. 7, sect. 2, post concl. 2, v. *Supponendum 3.* — <sup>17</sup> De Bapt., cap. 4, qu. 2, resp. 1. — *Suar.*, disp. 25, sect. 3, dub. 2. — *Vasq.*, disp. 155, cap. 3, num. 36. — *Coninck*, qu. 68, art. 10, num. 61. — <sup>18</sup> Respons. moral., lib. 1, dub. 4, num. 2. — <sup>19</sup> Lib. 1, tr. 1, cap. 5, num. 41. — <sup>20</sup> Lib. 6, part. 1, num. 306. — <sup>21</sup> De Bapt., cap. 4, qu. 2, resp. 1. — *Candid.*, disquisit. 16, de Bapt., art. 5, dub. 12. — *Pasqual.*, Theor. et Prax., qu. 51, n. 5. — *Coninck*, loc. cit. — *Cabrera*, qu. 68, art. 10, num. 62. — *Ochag.*, de Bapt., qu. 19, num. 9. — <sup>22</sup> Resp. mor., lib. 1, dub. 4, num. 2. — <sup>23</sup> Disp. 25, sect. 3, dub. 2. — <sup>24</sup> Instr. *Postremo mense*, n. 33 et 34. — <sup>25</sup> Loc. cit., n. 2.

<sup>1</sup> Lib. 6, part. 1, num. 303. — *Dicast.*, tr. 2, de Bapt., disp. 2, dub. 9, n. 107. — <sup>2</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, n. 11. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 303. — *Aversa*, qu. 68, sect. 3, v. *Primo*. — *Dicast.*, loc. cit., dub. 7, n. 72; et dub. 9, num. 105 et 108. — <sup>4</sup> Institut., part. 8, dissert. 2, qu. 6, cap. 2, concl. 1, v. *Quinto*. — <sup>5</sup> De Bapt., cap. 7, sect. 2, post concl. 2, v. *Supponendum 3.* — <sup>6</sup> Respons. moral., lib. 1, dub. 4, n. 2. — <sup>7</sup> De Bapt., cap. 7, propos. 3, reg. 6. — <sup>8</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, num. 10, v. *Quarto*. — <sup>9</sup> Tr. 19, punct. 6, n. 5. — <sup>10</sup> De Bapt., cap. 4, qu. 2, resp. 1. — <sup>11</sup> Instr. *Postremo mense*, num. 32. — <sup>12</sup> S. P., qu. 68, art. 10. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 10, i. f. — <sup>14</sup> Loc. cit., num. 8. — <sup>15</sup> Tr. 2,

negativam tenet pro locis in quibus haeretici libere cultum suum exercent, nisi alia ratione perversionis periculum praecaveri possit.

d) « Ut minister catholicus licite [haereticorum aut schismaticorum filiis] Baptismum praebet, necessarium esse ut probabilem spem concipiat fore ut hujusmodi puer baptizatus suum tempore in vera fide instrui. Quodsi nulla via possit hujusmodi spem moralem habere, deberet certe potius a Baptismo abstinere, supponendo parvulum non esse in extrema necessitate ». Ita declaravit S. C. de Prop. Fide, 17 April. 1777.

128. - a) Concilium Toletanum IV (apud Labbe, tom. 6, col. 1466) haec profecto habet in cap. 60, quod Benedictus XIV, loc. cit., n. 29 allegat; sed cap. 57, quod refertur in Decreto Gratiani, can. De Judaeis 5, dist. 45, dicit eos qui Baptismum susceperunt cogendos esse ad fidem susceptam conservandam.

b) Passerinus ita sane a Roncaglia allegatur; attamen, de *Hominum statib.*, qu. 187, art. 1, n. 118, nulla mentione de septennio facta, asserit puerum baptizari posse, « si sit probabile quod puer pervenerit ad usum rationis... si ipse Baptismum petat ». Et Benedictus XIV, loc. cit., n. 35, dicit differendum esse Baptismum, si non constet de rationis usu, expleto septennio.

c) Sotus, in 4, dist. 5, qu. un., art. 10, dub. 2, potius priori sententiae adhaeret, dicens in dubio de usu rationis, baptizandum esse « puerum annum agentem octavum ».

d) Ex auctoribus pro hac sententia citatis, multi non loquuntur de septennio, sed solum de dubio usu rationis; et sunt Suarez, Vasquez, Coninck, Laymann, Pasqualigo, Ochagavia. Praeterea non pauci dicunt baptizandum esse puerum eo casu si adsit necessitas; si vero non adsit, exspectandum esse dicunt: ut Suarez,

puero petenti baptizari omnino differendum Baptismum, donec constet de perfecto ipsius rationis usu: sed sapienter addit illum tunc omnino evocandum a parentibus et in loco tuto custodiendum. — Nec obstat eo casu regula quod in dubio melior est conditio parentum possidentium potestatem supra filium. Nam recte respondet dictus Pontifex cum Lugo, hanc regulam procedere in pari causa. Sed in nostro casu potior est causa filii; cum hic agatur de levi detrimento parentum, nempe quod ad modicum tempus sua potestate priventur; contra vero agitur de maximo damno filii, nempe de sua morte aeterna. Unde hic potius alia urget regula, nimirum quod in dubio magis innocenti quam nocenti favendum est.

129. - Certum est 4<sup>o</sup>. Posse et debere baptizari prolem, si ipsa sit in periculo mortis. — Ita communiter omnes DD. citati, cum S. P. Benedicto XIV<sup>a)</sup>, qui de hoc affert duo decreta Sacrae Congregationis.

Dicunt autem Salmant.<sup>b)</sup> quod ad hanc prolem baptizandam requiritur ut moraliter de ipsius vita desperetur. — Sed melius loquuntur Busenbaum et supra [n. 126, ad 4<sup>o</sup>], Laymann<sup>1</sup>, Roncaglia<sup>2</sup>, Antoine<sup>3</sup>, et Croix<sup>4</sup>, Palaus<sup>5</sup>, Sporer<sup>6</sup>, dicentes prolem esse baptizandam, quandocumque im-

minet periculum certum sive proximum de sua morte.

130. - Certum est 5<sup>o</sup>. Quod si filius infidelium juste vel injuste sit positus extra curam parentum, nec sit timor quod ad eos sit reversurus, tunc bene potest baptizari. — Ita communiter Juenin<sup>7</sup>, [Contin.] Tournely<sup>8</sup>, Concina<sup>9</sup>, Natalis Alexander<sup>10</sup>, Palaus<sup>11</sup>, Sporer<sup>12</sup>, Holzmann<sup>13</sup>, Elbel<sup>14</sup>, Salmant.<sup>15</sup>; Laymann<sup>16</sup> cum Soto, Vasquez, Azor; et alii passim.

Idemque docent Concina<sup>17</sup>; et noster S. P. Benedictus<sup>18</sup> cum Azor, Clericato<sup>a)</sup>, Sessa, etc., de filiis ab infidelibus expositis vel derelictis, etiamsi parentes eos deinde repetant<sup>b)</sup>. Et hoc ex cap. un., de *infantibus et languid. expos.*, ubi dicitur: *Si a patre sive ab alio, sciente ipso aut ratum habente, relegato pietatis officio, infans expositus existit, hoc ipso a potestate fuit patria liberatus.*

Idem dicendum de filiis infidelium perpetuo amentibus; ut docent Laymann<sup>19</sup>, Palaus<sup>20</sup>, Anacletus<sup>c)</sup>, Salmant.<sup>21</sup>, Sporer<sup>22</sup>, Roncaglia<sup>23</sup>, Holzmann<sup>24</sup>. — Ratio, quia tunc cessat periculum perversionis; neque tunc filii extraherentur a potestate parentum, qui super amentes nullam potestatem habent, cum ipsi sint directionis incapaces.

Certum est 6<sup>o</sup>. Filios infidelium in bello captos bene posse baptizari parentibus in-

*Bened. XIV*, Instr. cit., n. 33. — *Lugo*, loc. cit., n. 3 et 4. — *S. C. S. Officii*, postrid. cal. Novembr. 1678; et 18 Februar. 1705. — <sup>1</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, n. 10, v. *Dixi*. — <sup>2</sup> De Bapt., cap. 4, qu. 2, resp. 1. — <sup>3</sup> De Bapt., qu. 13, resp. 5. — <sup>4</sup> Lib. 6, part. 1, n. 305. — <sup>5</sup> Tr. 19, punct. 6, num. 14. — <sup>6</sup> Suppl. Sacram., cap. 1, n. 58. — <sup>7</sup> Institut., part. 8, dissert. 2, qu. 6, cap. 2, concl. 1, v. *Quarto*. — <sup>8</sup> De Bapt., cap. 7, sect. 2, post concl. 2, v. *Supponendum 5.* — <sup>9</sup> De Bapt., cap. 13, n. 10. — <sup>10</sup> De Bapt., cap. 7, propos. 3, reg. 5. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 17. — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 53. — <sup>13</sup> De

Bapt., n. 141, resp. 3, v. *Quinto*. — <sup>14</sup> Confer. 6, de Subj. Bapt., n. 52. — <sup>15</sup> Tr. 2, cap. 6, num. 32. — <sup>16</sup> Loc. cit., n. 10, v. *Secundo*. — *Sotus*, in 4, dist. 5, art. 10, v. *Contra hanc autem*. — *Vasq.*, disp. 155, cap. 8, num. 29. — *Azor*, part. 1, lib. 8, cap. 25, qu. 4. — <sup>17</sup> De Bapt., cap. 13, n. 10. — <sup>18</sup> Instr. *Postremo mense*, n. 9. — *Azor*, loc. cit., qu. 5. — *Sessa*, de Judaeis, cap. 51, n. 110. — <sup>19</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, n. 10, v. *Quinto*. — <sup>20</sup> Tr. 19, punct. 6, n. 15. — <sup>21</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 37. — <sup>22</sup> Suppl. Sacram., cap. 1, n. 58. — <sup>23</sup> De Bapt., cap. 4, qu. 2, resp. 1. — <sup>24</sup> De Bapt., n. 141, resp. 3, v. *Quarto*.

Vasquez, Coninck, Laymann, Croix et Ochagavia: quod quidem notavit Lugo de Suarez, sed non de ceteris. Denique Continuator Tournely, loc. cit., isti sententiae adhaerere videtur, scribens baptizandum esse, « etiamsi non compleverit [septennium], si periculum sit ne deinceps, deficientibus ministris, baptizari non possit ».

129. - a) Benedictus XIV, loc. cit., n. 8, dicit esse « rem oppido laudabilem, Deoque gratam ».

b) Salmant., tr. 2, cap. 6, n. 33: « Si infans sit in extremo mortis periculo, inquit, et moraliter desperatus, potest et debet baptizari, saltem secreto, licet parentes renuant ».

130. - a) Clericatus, *Discord. forens. de Jurisdic.*, discord. 17, num. 12, disserens de quodam Hebraeorum puero, quem quis derelictum invenerat et Catechumenorum domui commiserat, negat eum Hebraeis repetentibus esse restituendum; sed servandum esse ait a pia domo, quia habetur ut expositus, eo fine, ut, ad annos discretionis perveniens, eo consentiente (n. 23) et instante possit baptizari. b) Ampliationem hanc: Etiamsi parentes eos deinde repetant, omittit Concina. — Azor autem eamdem insinuat, dicens eum in cujus manus devenerunt, cavere debere « ne parentes eos quavis ratione recuperent ».

c) Anacletus, tr. 14, de Sacram., dist. 3,

vitis. — Ita Gonet<sup>1</sup>, Juenin<sup>d)</sup>, Viva<sup>2</sup>; et noster Benedictus XIV<sup>3</sup> cum Suarez et Cornelio a Lapide. Quia lege belli captivi non amplius ad parentes, sed ad dominos pertinent.

Certum est 7<sup>o</sup>. Etiam licite baptizari proles infidelium qui sunt mancipia christianorum; ut Busenbaum, ut supra [n. 126, ad 1<sup>o</sup>], Gonet<sup>4</sup>, Juenin<sup>5</sup>, Concina<sup>6</sup>, Antoine<sup>7</sup>, Natalis Alexander<sup>8</sup>, Roncaglia<sup>9</sup>, Palaus<sup>10</sup>, Wigandt<sup>11</sup>, Laymann<sup>12</sup>, Sporer<sup>13</sup>, Holzmann<sup>14</sup>, Elbel<sup>15</sup>, Salmant.<sup>e)</sup>, Croix<sup>16</sup>. — Ratio, quia domini, cum habeant dominium in parentes, habent etiam in ipsorum filios.

131. — Certum est 8<sup>o</sup>. Quod si unus parentum consentiat, altero reluctantante, bene infans baptizatur<sup>a)</sup>, ut Busenbaum, ut supra [n. 126, ad 3<sup>o</sup>], Petrocorensis<sup>17</sup>, Juenin<sup>18</sup>, Natalis Alexander<sup>19</sup>, [Contin.] Tour-

<sup>1</sup> Man., tr. 3, de Bapt. et Confirm., cap. 6, v. *Quaeres*. — <sup>2</sup> De Bapt., qu. 2, art. 6, n. 7. — <sup>3</sup> Instr. *Postremo mense*, n. 6. — *Suar.*, disp. 25, sect. 4, v. *Secundo est certum*. — *Cornel. a Lap.*, in lib. 1 Machab., cap. 2, v. 46. — <sup>4</sup> Loc. cit. — <sup>5</sup> Instr., part. 8, diss. 2, qu. 6, cap. 2, concl. 1, v. *Tertio*. — <sup>6</sup> De Bapt., cap. 13, n. 3. — <sup>7</sup> De Bapt., qu. 13, resp. 3. — <sup>8</sup> De Bapt., cap. 7, propos. 3, reg. 2. — <sup>9</sup> De Bapt., cap. 4, qu. 2, resp. 1. — <sup>10</sup> Tr. 19, punct. 6, num. 18. — <sup>11</sup> Tr. 11, exam. 5, n. 62. — <sup>12</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, n. 10, v. *Porro*. — <sup>13</sup> Suppl. Sacram., cap. 1, n. 58. — <sup>14</sup> De Bapt., n. 141, resp. 3, n. 6. — <sup>15</sup> Confer. 6, de Subj. Bapt., num. 52. — <sup>16</sup> Lib. 6, part. 1, n. 300. — <sup>17</sup> De Bapt., cap. 6, qu. 5. — <sup>18</sup> Instr., part. 8, dissert. 2, qu. 6, cap. 2, concl. 1, v. *Se-*

nely<sup>20</sup>; Salmant.<sup>21</sup> cum Paludano, Azor<sup>b)</sup>, Suarez et communi; Laymann<sup>22</sup>, Anacletus<sup>23</sup>, Palaus<sup>24</sup>, Sporer<sup>25</sup>, Holzmann<sup>26</sup>, Elbel<sup>b)</sup>, et noster Benedictus XIV<sup>b)</sup>, ex concilio Toletano IV, *can. 63*, in *can. Judaei [caus.] 28, qu. 1*; et ex cap. *Ex litteris 2, Extra, de convers. infidel.*

Et idem dicendum, si mortuo patre, avus paternus consentiat in Baptismum pueri, matre reluctantante; ut [Contin.] Tourneley<sup>27</sup> cum Silvio; Salmant.<sup>28</sup> cum Navarro<sup>c)</sup>, Laymann et Valentia; ac Pontifex Benedictus XIV<sup>29</sup>, ex auctoritate Gregorii XIII<sup>c)</sup>.

132. — Dubitatur autem 1<sup>o</sup>. *An, utroque parente infideli reluctantante, possint baptizari eorum filii usu rationis carentes?* Resp. Si filii sint mansuri in potestate parentum, nullo modo licet eos baptizare, ut decrevit Sacra Congregatio S. Officii<sup>a)</sup>

*cundo*. — <sup>20</sup> De Bapt., cap. 7, propos. 3, reg. 4. — <sup>21</sup> De Bapt., cap. 7, sect. 2, post concl. 2, v. *Supponendum 4*. — <sup>22</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 17. — *Palud.*, in 4, dist. 4, qu. 4, i. f. (n. 33). — *Suar.*, disp. 25, sect. 3, dub. 1, v. *Duo supersunt*. — <sup>23</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, n. 10, v. *Tertio*. — <sup>24</sup> Tr. 14, de Sacram., dist. 3, n. 10. — <sup>25</sup> Tr. 19, punct. 6, n. 11. — <sup>26</sup> Suppl. Sacram., cap. 1, n. 58. — <sup>27</sup> De Bapt., n. 141, resp. 3, v. *Tertio*. — <sup>28</sup> De Bapt., cap. 7, sect. 2, post concl. 2, v. *Supponendum 4*. — *Silvius*, in 3<sup>o</sup> P., qu. 68, art. 10, concl. 6. — <sup>29</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 19. — *Laym.*, lib. 5, tr. 2, cap. 6, num. 10, v. *Tertio*. — *Valent.*, in 3<sup>o</sup> P., disp. 4, qu. 3, punct. 3, v. *Quarto dico*. — <sup>30</sup> Instr. *Postremo mense*, n. 17.

n. 10, ita sane docet, modo tamen hoc fieri valeat absque gravioribus incommodis.

d) Juenin, *Instit., part. 8, dissert. 2, qu. 6, cap. 2, concl. 1*, v. *Tertio*: « Baptizari quoque possunt, inquit, si eorum parentes sint servi christianorum.

e) Salmant., *loc. cit.*, n. 35, id fieri posse ajunt: « Dummodo constituentur [pueri] extra parentum curam, et ubi non sit periculum deceptionis ».

131. — a) Et ita etiam declaravit S. C. S. Off., die 17 Sept. 1671; et S. C. de Prop. Fide, die 29 Nov. 1672. — Et Salmant., Suarez, Laymann et Palaus addunt eo casu separandum esse infantem a parenti reluctantante, propter apostasiae periculum.

b) Azor, *part. 1, lib. 8, cap. 25, qu. 3*; Elbel, *confer. 6, de Subj. Bapt.*, n. 52; Benedictus XIV, *Instruct. Postremo mense, n. 15 et 16*, loquuntur de casu quo parens consentiens christianus est; alter vero qui reluctatur, infidelis. Idemque indicant *can. Judaei 10, caus. 28, qu. 1*, et cap. *Ex litteris, de convers. infidel.*, quae adducuntur a Benedicto XIV.

c) Ipse Navarrus, *consil. 4, de convers. infidel.*, n. 16 et seqq., oppositum omnino tenet; sed ejus annotator in fine addit: « Advertendum autem contra hanc opinionem latam sententiam, infantemque traditum fuisse avo christiano et demum baptizatum ». — Et de hoc eodem facto loquitur Rutilius Benzonius in suo *Speculo episcoporum et curatorum, lib. 1, disp. 1, qu. 9, dub. 1*, (cui innititur Benedictus XIV); et refert Gregorium XIII, in hoc casu pro avo sententiam tulisse; et ipse Benzonius Baptismum infanti contulit. Vide dictum opus, edit. Venet. 1595.

132. — a) Instructio haec, uti habetur apud Bened. XIV, *loc. cit.*, n. 17, data fuit episcopo Quebecen. pro casu quo barbari quidam, pro suo more, statim ac filius nascitur, eum christianis offerunt baptizandum. Sed et aliae reperiuntur apud eundem Benedictum S. Off. decisiones, una scilicet (n. 23), de die 3 Maji 1703, quae simpliciter negat conferri posse Baptismum infidelium infantibus, qui in parentum potestate sunt relinquendi, secluso tamen mortis periculo; alia vero (n. 21), de die 6 Septembr. 1625, quae in casu de quo tractat

Si vero filii subtrahantur a potestate parentum: Alii negant posse baptizari;

Utroque reluctantante, filii ratione carentes nequeunt baptizari.

Alii dicunt posse baptizari.

Opinio S. Doctoris.

die 3 Maji 1703, apud praefatam Instructionem nostri Pontificis Benedicti XIV. Quia tunc certum imminet periculum perversionis.

Dubium igitur vertit, *si tale periculum non adsit, nempe si filii subtrahantur a potestate parentum*.

Prima sententia communior negat. Et hanc tenent D. Thomas<sup>1</sup>, quem sequuntur Gonet<sup>2</sup>, Concina<sup>3</sup>, Wigandt<sup>4</sup>, Natalis Alexander<sup>5</sup> et alii thomistae communiter; item Tournely<sup>6</sup>, Salmant.<sup>7</sup>, Juenin<sup>8</sup>, Petrocorensis<sup>9</sup>, Antoine<sup>10</sup>, Croix<sup>11</sup>, Laymann<sup>12</sup>, Roncaglia<sup>13</sup>. — Ratio, quia subtractio filiorum a potestate parentum cederet in eorum injuriam; cum ipsi naturale jus habeant supra filios.

Secunda vero sententia, quam tenet Scotus<sup>14</sup>, quem sequuntur Frassen<sup>15</sup>; Holzmann<sup>16</sup> cum Mastrio<sup>b)</sup>, Bosco, Herinx et aliis scotistis communiter; item Pichler<sup>17</sup> et Contin. Tournely<sup>18</sup> (ac probabilem putat Estius<sup>19</sup>), censet licitum esse hujusmodi filios baptizare, saltem auctoritate publica et ex consensu principis.

Haec sententia, per se loquendo, non videtur sua probabilitate carere. Interveniens enim periculo salutis aeternae filiorum, parentes non habent jus in eos. Et sicut potest eripi filius a parentibus ne ipsi inferant ei mortem corporis; tanto magis eripi valet ut a morte liberetur. —

<sup>1</sup> 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 10, art. 12. — <sup>2</sup> Man., tr. 3, de Bapt. et Confirm., cap. 6, v. *Quaeres*. — <sup>3</sup> De Bapt., cap. 13, n. 4. — <sup>4</sup> Tr. 11, exam. 5, n. 62. — <sup>5</sup> De Bapt., cap. 7, propos. 3. — <sup>6</sup> Praelect. de Bapt., qu. 3, art. 3, concl. v. *Filii infidelium*. — <sup>7</sup> Tr. 2, cap. 6, num. 22. — <sup>8</sup> Instr., part. 8, diss. 2, qu. 6, cap. 2, concl. 1. — <sup>9</sup> De Bapt., cap. 6, qu. 5. — <sup>10</sup> De Bapt., qu. 13, resp. 4. — <sup>11</sup> Lib. 6, part. 1, n. 298. — <sup>12</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 6, n. 10. — <sup>13</sup> De Bapt., cap. 4, qu. 2, resp. 1. — <sup>14</sup> In 4, dist. 4, qu. 9, n. 2. — <sup>15</sup> Tom. 10, tr. 1,

Dixi: *per se loquendo*; nam spectatis circumstantiis, haec sententia vix videtur posse in praxim deduci ob graviora mala quae comitentur hujusmodi Baptismos<sup>c)</sup>. Et ideo Ecclesia, ut testatur D. Thomas, nunquam morem habuit baptizandi filios infidelium ipsis invitis.

Insuper advertendum quod pro filiis Hebraeorum adest constitutio Julii III<sup>d)</sup> — relata a Pignatello<sup>20</sup> et a nostro Pontifice Benedicto XIV<sup>21</sup> —, qui imposuit suspensionem et poenam mille ducatorum baptizantibus filios Hebraeorum reluctantibus parentibus. — Idque confirmavit S. C. Concilii, die 16 Julii 1639 (apud eundem Benedictum<sup>22</sup>), statuens nullo modo baptizandos filios Hebraeorum sine ipsorum consensu, donec perveniant ad legitimam aetatem.

An autem baptizandus sit filius, quem pater Judaeus offerat ad Baptismum ut liberetur a morbo? — Noster Benedictus<sup>e)</sup> affert decretum Congregationis S. Officii, editum die 24 Sept. 1699, quo statutum fuit illum esse baptizandum. Sed (ut diximus supra), postquam talis puer est baptizatus, avelli debet a parentibus ut christiane educetur.

133. — Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An liceat vendere filios non baptizatos parentibus infidelibus?*

Negat Hurtadus<sup>23</sup>; quia id videtur esse contra christianam caritatem.

disp. 1, art. 2, qu. 3, concl. 3, v. *Prob. 2*. — <sup>16</sup> De Bapt., n. 141, resp. 3, sub 7. — *Bosco*, de Sacram. Bapt., disp. 2, sect. 4, n. 65 et seqq. — *Herinx*, de Sacram., disp. 6, qu. 4, n. 30, v. *Dico III*, et n. 31. — <sup>17</sup> Jus canon., lib. 5, tit. 6, num. 14 et 15. — <sup>18</sup> De Bapt., cap. 7, sect. 2, concl. 3. — <sup>19</sup> In 4, dist. 6, § 2. — *D. Thom.*, 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 10, art. 12. — <sup>20</sup> Tom. 4, consult. 192, num. 51. — <sup>21</sup> Instr. *Postremo mense*, n. 27. — <sup>22</sup> Loc. cit., n. 32. — <sup>23</sup> De Bapt., disp. 3, diff. 5, v. *Ita tamen*.

S. Alphonsus, negat posse ficte baptizari, adhibita materia sine debita forma. At pluries alias S. C. idem declaravit, nempe non licere, extra mortis periculum, infidelium filios baptizare, si hi in parentum potestate sint mansuri.

b) Mastrius, *Theol. mor., disp. 17, n. 44*, dicit infidelium filios posse invitis parentibus baptizari, « si praecaveri possit ne infantes occidantur a parentibus ne baptizentur, et sit aliqua certitudo quod tales infantes baptizati, sint religiose educandi ». Cfr. *in 4, disp. 2, qu. 4, init.*, et art. 1 et 2.

c) Holzmann pariter negat expedire, quod Estius etiam satis innuit; Pichler negat id in praxi servari.

d) Bulla Julii III *Cum sicut accepimus*, de die 9 Junii 1551, data est pro Hebraeis « in civitatibus, oppidis, terris, castris et locis Provinciae Campaniae maritimae, Latii et Sabinae, ac civitatibus Castellanae et Nepesinae, necnon Castris Fiani, Scrofanii, Arignani, Castris Novi et Formelli degentibus ».

e) Decretum istud S. Off. pro alio quodam asserto adducitur a Benedicto XIV, *loc. cit.*, n. 18. Sed n. 23, affert decretum ejusdem

Quid de filiis infidelium oblati ad Baptismum ut a morbo liberentur.

Vendere filios non baptizatos parentibus infidelibus, satis probabiliter licitum.

Sed communius et satis probabiliter affirmant Suarez<sup>1</sup>, Laymann<sup>a)</sup>, Palaus<sup>2</sup>, Tamburinius<sup>3</sup>; et Bonacina<sup>b)</sup> cum Vasquez<sup>b)</sup>, Coninck<sup>b)</sup>, Filiuiccio<sup>c)</sup>, Henriquez et aliis. Ratio, quia per se non est intrinsece malum restituere filios parentibus. Et contra, videtur non esse obligationem alendi et educandi tales pueros, sine ulla utilitate, cum caritas ad tantum onus non obliget quando filii non sunt in extrema necessitate. — Sed huic rationi non omnino acquiesco. Melior videtur ratio communis pacis servandae; quia si prorsus negarentur filii infidelibus expetentibus, damnum oriretur quod nec etiam ipsi redderent christianos captivos, cum magno discrimine perversionis; magis autem incumbit Ecclesiae curare ut sui fideles servent fidem, quam ut infideles ad fidem ducantur.

Hinc testantur Palaus<sup>4</sup>; et Laymann<sup>5</sup> cum Henriquez, Vasquez<sup>d)</sup> et Coninck<sup>e)</sup>, jam consuetudine introductum esse, ut filii captivi, nullo eis collato Baptismo, Saracenis et haereticis restituantur.

134. — « Quaes: An Baptismus ali-  
« quando repeti possit, et qua forma?

« Resp. 1<sup>o</sup>. Cum temere rebaptizare sit  
« mortale ex objecto, quia est in genere  
« sacrilegii, dum coarctis ministrare sacra-  
« mentum incapaci; hinc, ad hoc ut non

« liceat rebaptizare, non requiritur certi-  
« tudo de Baptismo, sed sufficit si pro eo  
« sint conjecturae, ut v. gr. quod quis  
« natus et educatus sit inter fideles, nec  
« pro contraria parte rationes alicujus mo-  
« menti occurrant: leve enim vel meta-  
« physicum dubium non sufficit, sed re-  
« quiritur grave et morale, vel saltem ra-  
« tionabile. — In quo inclinandum esse  
« in favorem baptizandi recte monet Lay-  
« mann<sup>6</sup> ex Suarez et aliis ».

In hujusmodi dubiis attendenda est re-  
gula communiter a DD. recepta, quod ad  
iterum conferendum Baptismum baptizato  
sub conditione, non sufficit leve, sed re-  
quiritur prudens sive rationabile dubium  
an sacramentum fuerit vel ne receptum.  
Ita Suarez<sup>7</sup>, Laymann<sup>8</sup>, Salmant.<sup>9</sup>, Bo-  
nacina<sup>10</sup>; Palaus<sup>11</sup> cum Coninck, Valentia  
et communi. — Dubium autem vel potest  
esse juris vel facti.

Quando dubium est *juris*, nempe quan-  
do aliquis est baptizatus cum materia,  
forma aut intentione dubia, tunc certe  
Baptismus est iterandus sub conditione;  
prout communiter docent Suarez<sup>12</sup> et Sal-  
mant.<sup>13</sup>, cum D. Thoma<sup>a)</sup>. (Vide dicta  
n. 27).

Dubium *facti* est quando dubitatur an  
datus sit vel ne Baptismus. — Et tunc, si  
dubium est *negativum* eo quod nulla ha-

In dubio  
juris, ite-  
randus sub  
conditione.

Item, in  
dubio facti.

sect. 2, v. *De quo praeepto*. — <sup>1</sup> Loc. cit., v. *Sed quaeres*.  
— <sup>2</sup> Loc. cit., n. 3. — <sup>3</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 55. — <sup>4</sup> Disp. 1,  
de Sacram. i. g., qu. 2, punct. 1, n. 36. — <sup>5</sup> Tr. 19, punct. 13,  
num. 3. — *Coninck*, qu. 66, art. 9, num. 91 et 92. — *Valent.*,  
in 3<sup>o</sup> P., disp. 4, qu. 1, punct. 4, v. *Necesse est autem*. —  
<sup>12</sup> Disp. 22, sect. 2, v. *Est autem*. — <sup>13</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 56.

S. Officii diei 3 Maji 1703, statuens non licere  
eo casu filios infidelium baptizare secluso  
mortis imminentis periculo.

133. — a) Laymann, *lib. 5, tr. 2, cap. 6,*  
*n. 10, v. Porro*, plerumque expedire ait ut  
baptizentur et non restituantur; « quandoque  
tamen fas erit eosdem parentibus relinquere  
aut restituere, vel aliis infidelibus vendere ».

b) Bonacina, *de Bapt., qu. 2, punct. 6, n. 14*,  
id per accidens tantum fieri posse concedit; et  
cum illo consentiunt etiam Vasquez, *disp. 153,*  
*cap. 7*; et Coninck, *qu. 68, art. 10, n. 88*.

c) Filiuiccio, *tr. 2, cap. 6, n. 147*, clare  
et perspicue rem innuit, seu potius rationem  
affert qua nititur haec sententia: negat enim  
adesse obligationem baptizandi filios infide-  
lium qui sunt servi, quia: « Non tenentur...  
christiani principes separare filios ab eorum

parentibus; nec ex caritate, quia non est sem-  
per commodum illis retinere talium filiorum  
curam ».

d) Vasquez, *disp. 155, cap. 7, n. 87*, affert  
quidem hanc consuetudinem, sed in obje-  
ctione; et in responsione n. 28, eam potius  
reprobare quam probare videtur, saltem quoad  
Saracenos.

e) Coninck, *loc. cit., n. 88*, silet de hac con-  
suetudine. Sed notandum est quod Laymann  
eum, sicut et Vasquezium, citat pro argumento  
generali de obligatione baptizandi filios infi-  
delium captivos, vel de facultate eos paren-  
tibus restituendi aut aliis vendendi.

134. — a) S. Thomas, *3 P., qu. 66, art. 9,*  
*ad 4*, scribit: « De quibus dubium est an bap-  
tizati fuerint, baptizentur...; non enim videtur  
iterari quod nescitur esse factum ».

beantur indicia hominem esse baptizatum,  
sine haesitatione hic est sub conditione  
baptizandus; ut recte ait Suarez<sup>b)</sup>, ex  
can. *Cum itaque 112, de consecr., dist. 4*,  
ubi S. Leo id docet, dicens: *Non potest in*  
*iterationis crimen venire, quod omnino*  
*factum esse nescitur*. Et in *can. seq. 113*,  
idem S. Pontifex de hoc rationem affert:  
*Quia non temeritas intervenit praesumptio-  
nis ubi est diligentia pietatis*. — Quando  
vero dubium facti est *positivum*, etiam Bap-  
tismus est iterandus, quando utrinque  
adsunt apparentes non leves conjecturae  
quae rem dubiam efficiunt. Unde in concilio  
Carthaginensi V, relato in *can. Placuit 111,*  
*dict. dist. 4*, sic dicitur: *Quoties non in-*  
*veniuntur certissimi testes, qui eos bap-  
tizatos esse sine dubitatione testentur..., absque*  
*ullo scrupulo eos esse baptizandos*.

Hic tamen notandum 1<sup>o</sup> cum Suarez<sup>1</sup>,  
Holzmann<sup>2</sup>; Salmant.<sup>3</sup> cum Laymann,  
Palao, Bonacina, et nostro Summo Ponti-  
fice Benedicto XIV in suis *Notificationi-  
bus*<sup>4</sup>, cum Glossa ac communi, ad id suffi-  
cere unum testem ocularem<sup>c)</sup> fide dignum.  
Et hoc, etiamsi testis sit femina; ut Busen-  
baum, *infra, [n. 137] ad 4*, cum Laymann.  
— Secus vero, si adsint testes positive  
oppositum deponentes. Vide Croix<sup>5</sup>.

Notandum 2<sup>o</sup>. Quod baptizandi non sunt,  
neque sub conditione, adulti qui nati sunt  
ex parentibus christianis et inter fideles  
educati, quamvis nullum testimonium ha-  
beatur accepti Baptismi; ut expressum  
exstat in cap. *Veniens 3, de presb. non*  
*baptiz.*, ubi sic dicitur: *Et certe de illo*  
*qui natus de christianis parentibus, et in-*  
*ter christianos est fideliter conversatus,*  
*tam violenter praesumitur quod fuerit*  
*baptizatus, ut haec praesumptio pro cer-*

<sup>1</sup> Disp. 22, sect. 2, v. *Quamvis*. — <sup>2</sup> De Bapt., n. 144. —  
<sup>3</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 62. — *Laym.*, lib. 5, tr. 2, cap. 5, n. 3, i. f. —  
*Palaus*, tr. 19, punct. 13, num. 9. — *Bonac.*, disp. 1, de  
Sacram. i. g., qu. 2, punct. 1, n. 40. — <sup>4</sup> Notif. 8, n. 8. —  
*Glossa* in can. *Cum itaque*, de consecr., dist. 4, v. *Qui*  
*testimonio*; et in cap. *Nuper*, de testib., v. *Nisi juratus*. —

b) Suarez, *loc. cit.*, dicit *posse* iterum sub  
conditione baptizari.

c) Quod testis ille fide dignus, debeat esse  
oculatus non pauci omittunt, ut Palaus, Holz-  
mann, Bonacina, Benedictus XIV et Glossa.

d) Hujus canonis auctor est Gregorius II,  
in epist. 14, ad Bonifacium, scripta anno 726,

*titudine sit habenda, donec evidentissimis*  
*forsitan argumentis contrarium probare-*  
*tur*. — Hoc tamen intelligendum, modo pro  
contraria parte graves non occurrant rati-  
ones; ut bene advertunt Busenbaum (ut  
supra) et Laymann<sup>6</sup>, qui sic ait: *Nihilo-*  
*minus existimo interdum etiam adulto in-*  
*ter fideles educato conferendum esse Bap-*  
*tismum sub conditione, si tales conjectu-*  
*rae adsint (puta, quia v. gr. a veneficis*  
*parentibus natus est, a diabolo valde in-*  
*festatur, nec sciri potest ullo indicio ubi vel*  
*a quo baptizatus fuerit), quae praesump-*  
*tionem accepti Baptismi tollant, et contra-*  
*rium verisimile efficiant*. — Refert autem  
Pater Zaccaria<sup>7</sup> censuisse Sacram Con-  
gregationem, baptizandam esse sub condi-  
tione quamdam mulierem, eo quod nullum  
potuerit reperiri vestigium Baptismi, nec  
matrimonii parentum assertorum.

Notandum 3<sup>o</sup>. Quod si infans aliquis  
arreptus sit a barbaris, et dubitetur an  
captus fuerit ante vel post Baptismum:  
tunc omnino baptizandus est sub condi-  
tione; ut cum communi dicunt Palaus<sup>8</sup>,  
Salmant.<sup>9</sup> et alii, ex can. *Parvulos, dist. 4,*  
*de consecr.*, ubi Gregorius III<sup>d)</sup> id expresse  
definivit.

« Unde resolves:  
135. — « 1<sup>o</sup>. Sub conditione baptizandi  
« sunt: 1<sup>o</sup>. Qui cum materia et forma aut  
« intentione dubia (secundum supradicta)  
« sint baptizati. — 2<sup>o</sup>. Infantes expositi, et  
« reperti sine scheda testante de Baptismo;  
« secus, si cum ea. Ita communiter. Quin-  
« tanadvenas<sup>10</sup> tamen contendit etiam hos  
« esse rebaptizandos<sup>e)</sup>. — 3<sup>o</sup>. Baptizati ab  
« obstetricibus veneficis; praesertim si fas  
« sae vel convictae fuerint aliquando non  
« recte baptizasse. — Laymann<sup>11</sup> ».

*Laym.*, loc. cit., n. 3, i. f. — <sup>5</sup> Lib. 6, part. 1, n. 312. —  
<sup>6</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 5, n. 4. — <sup>7</sup> Annot. ad Croix, lib. 6,  
part. 1, n. 310. — *S. C. Conc.* in una *Turvisina*, Baptismi,  
4 Maji 1737, Thesaur., tom. 8, fol. 59. — <sup>8</sup> Tr. 19, punct. 13,  
num. 8. — <sup>9</sup> Tr. 2, cap. 6, num. 58. — <sup>10</sup> Tr. 1, singul. 9,  
n. 3 et 14. — <sup>11</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 5, n. 3.

§ 9, quidquid dicat Gratianus. Vide Migne,  
Patrol. lat., tom. 89, col. 523 et 524, in  
nota.

135. — a) « Nisi constiterit a quo sint bap-  
tizati; et hi sint tales ut nullum dubium aut  
suspicio prudens de recta Baptismi admini-  
stratione supersit ».

Nisi ad-  
sint graves  
rationes  
contrariae.

Arreptus  
a barbaris,  
in dubio sub  
conditione  
baptizan-  
dus.

Quid re-  
quiratur  
ut Bap-  
tismus iterari  
queat.



Quaeritur: *an infantes expositi sint baptizandi?* — Si isti exponantur *sine scheda*, sine dubio sunt baptizandi, nisi alias constaret fuisse rite baptizatos; ut recte dicunt Busenbaum, et Salmant.<sup>1</sup> cum Suarez<sup>b)</sup>, Soto<sup>c)</sup>, Laymann et aliis communiter.

Quaestio est: *an baptizari debeant pueri expositi cum scheda?*

*Prima* sententia negat; quam tenent Busenbaum (ut supra) et Palaus<sup>d)</sup>, laudans Sotum, Vasquez<sup>e)</sup>, Laymann<sup>f)</sup> et Bonacina<sup>g)</sup>. — Quia testimonium illud morale inducit certitudinem; cum nequeat rationabiliter credi parentes, qui catholici esse praesumuntur, velle suam prolem tanto sacramento privari.

*Secunda* vero sententia, verior et communior recentiorum, docet omnes hos esse baptizandos sub conditione, quoties non habetur moralis certitudo de Baptismo collato, et rite collato: alias semper remanet prudens dubium de suo valore. — Ita Petrocensis<sup>2</sup>, Holzmann<sup>3</sup>, Roncaglia<sup>e)</sup>, Natalis Alexander<sup>f)</sup>, Concina<sup>4</sup>, Elbel<sup>5</sup>; Croix<sup>6)</sup> cum Quintanadvenas, Gobat, etc.; [Contin.] Tournely<sup>6</sup> cum Silvio et Henno; ac Sporer<sup>7</sup> cum Marchant et synodis Cameracensi, Narbonensi, Aquensi

et Tolosana. — Idemque sentit noster Benedictus XIV<sup>8</sup>, qui affert concilium Mediolanense, sic statuens: *Infans expositus, licet appensum collo scriptum habeat, quo ille baptizatus significetur; si tamen, re diligenter perquisita, quemadmodum catechismo Romano expressum est, adhuc dubium sit eum baptizatum esse, ea conditionis formula baptizetur: Si tu, etc.* Item affert declarationem S. Congr. Concilii, die 15 Januar. 1724, ubi dictum fuit hujusmodi infantes expositos, etiam cum scheda de Baptismo collato, esse sub conditione baptizandos, quamvis sint in aetate unius anni cum dimidio. — Et hoc videtur esse quidem juxta mentem Ritualis Romani, ubi dicitur: *Infantes expositi et inventi, si re diligenter investigata, de eorum Baptismo non constat, sub conditione baptizentur.*

Exceptit tamen S. Congregatio in praefata declaratione a Baptismo sub conditione schedulas quae haberent certitudinem, juxta Instructionem alias datam.

136. — *a* 2<sup>o</sup>. Infantes ab obstetricibus, vel parentibus, vel cognatis, etc., ob necessitatem baptizatos, promiscue omnes sub conditione rebaptizare (quando obstetrices bonae et bene instructae censen-

Nisi scheda faciat certitudinem.

Baptizati ab obstetricibus vel parentibus.

<sup>1</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 57. — Laym., lib. 5, tr. 2, cap. 5, n. 3. — Sotus, in 4, dist. 3, art. 9, v. *Expositi vero*. — <sup>2</sup> De Bapt., cap. 6, qu. 11. — <sup>3</sup> De Bapt., n. 147. — <sup>4</sup> De Bapt., cap. 15, n. 10. — <sup>5</sup> De Bapt., n. 64. — *Quintanad.*, tr. 1, singul. 9, n. 3. — *Gobat*, tr. 2, n. 397. — <sup>6</sup> De Bapt., cap. 8, art. 3, v. *Hinc baptizandi*. — *Silvius*, in 3<sup>m</sup> P., qu. 66, art. 9, quaer. 8, i. f. — *Henno*, de Bapt., disp. 1, qu. 7, resol. 4. — <sup>7</sup> Supplem. Sacram., cap. 1, num. 72. — *Jacob. Marchant*, Resol. pastor., de Bapt., cap. 2, qu. 4. — *Syn. Camer.*, (1586),

tit. 6, de Bapt., num. 8; ap. Labbe, tom. 21, col. 1234. — *Narbon.*, (1609), cap. 14, de Bapt., v. *Licet*; ap. Labbe, tom. cit., col. 1491. — *Aquen.* (1586), tit. de Bapt. sacram.; ap. Labbe, tom. cit., col. 943. — *Tolosana.* (1590), part. 2, cap. 2, de Bapt., n. 6; ap. Labbe, tom. cit., col. 1284. — <sup>8</sup> Notif. 8, n. 8. — *Concil. Mediolan.* III, tit. 6, de Bapt. infantium. — *S. C. Conc.*, in una *Urbis*, 15 Januar. 1724; cfr. Thesaur., tom. 3, fol. 2. — *Ritual. Rom.*, de baptizandis parvulis, v. *Infantes*.

<sup>b)</sup> Suarez, *disp. 22, sect. 2, v. Est autem*, in universum ait posse Baptismum sub conditione iterari, quando « nulla sunt indicia ad judicandum hominem esse baptizatum ».

<sup>c)</sup> Sotus, in 4, dist. 3, art. 9, v. *Expositi vero*, scribit: « Si quis autem in nemore parvulus esset inventus, de quo dubium existeret quibus esset parentibus natus, deberet sub conditione baptizari ».

<sup>d)</sup> Palaus, *loc. cit.*, n. 6, cum distinctione loquitur, negans rebaptizandum esse etiam sub conditione, infantem expositum inter fideles et repertum cum scheda; baptizandum autem esse sub conditione assertit expositum inter infideles, vel quando est rationabilis suspicio ne expositus fuerit ab haereticis aut paganis. Et auctores allegat; sed revera solus Vasquez, *disp. 146, cap. 4, n. 26*; affert distinctionem

a Palaus adhibitam; Laymann vero, *loc. cit.*, n. 3; et Bonacina, *loc. cit.*, n. 40, non loquuntur de expositis cum scheda.

<sup>e)</sup> Roncaglia, *de Bapt.*, cap. 4, qu. 5, resp. 2, dicit communionem esse sententiam quae negat tales esse rebaptizandos: « Nihilominus, addit, non desunt qui huic opinioni refragentur...; adeoque, cum semper dubium aliquale remaneat... videtur posse sub conditione iterari ».

<sup>f)</sup> Natalis Alexander, *cap. 8, propos. 7, reg. 6*, in universum ait: « Infantes expositi de quorum Baptismo dubitatur, sub conditione baptizandi sunt ».

<sup>g)</sup> Croix, *loc. cit.*, n. 318: « Probabilius videtur, inquit, esse rebaptizandos sub conditione, etiamsi inveniantur... cum scheda testante de Baptismo ».

« tur) non licet; quia de valore Baptismi prudenter et rationabiliter dubitari non potest. Suarez, Laymann<sup>1</sup>: - qui tamen contrariam consuetudinem quorumdam parochorum damnare non audeat, eo quod « experientia didicerint obstetrices non raro fuisse deceptas a diabolo, ideoque « revera periculum aliquod sit animae, ob « quod irreverentia cesset; additque eam « consuetudinem approbatam fuisse a Pastoralis Romani, edito Antverpiae 1607. « Eamque sententiam tenet Silvius apud « Diana<sup>2</sup>. — Et ipse Diana<sup>2)</sup> cum aliis « duobus censet eam probabilem, habere « reque locum in omnibus baptizatis ab « haereticis, licet sint adulti: quod card. « de Lugo<sup>3</sup> recte limitat ad illas circumstantias in quibus prudenter dubitari possit de defectu materiae, formae vel intentionis. — Denique etiam Quintanadvenas<sup>4</sup> « docet infantes supradictos fere omnes « rebaptizari posse sub conditione ».

*Suar.*, disp. 31, sect. 6, n. 2, v. *De quo*. — <sup>1</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 5, num. 3. — *Silvius*, in 3 P., qu. 66, art. 9, quaer. 2. — <sup>2</sup> Part. 5, tr. 13, resol. 86. — <sup>3</sup> Respons. moral., lib. 1, dub. 2, n. 4. — <sup>4</sup> Tr. 1, singul. 5, n. 2. — <sup>5</sup> Loc. cit. — *Farvacq.*, Opusc. de Bapt., cap. 4, qu. 8, petes 5. — <sup>6</sup> De Bapt., cap. 15, n. 9. — <sup>7</sup> De Bapt., cap. 8, art. 3, v. *Mihi utraque*. — *Synod. Ebroic.* (1576), cfr. Collat. Andegav. Junii 1716, quaest. 1. — <sup>8</sup> Disp. 31, sect. 6, n. 2. — <sup>9</sup> Loc.

Quaeritur 1<sup>o</sup>. *An sint rebaptizandi infantes ab obstetricibus sive a laicis baptizati?*

Alii affirmant; ut Silvius<sup>5</sup>; et Farvacquesius, ac synodi Mechliniensis<sup>b)</sup> et Yprensis<sup>b)</sup>, apud Concina<sup>6</sup>. — Alii vero, ut [Contin.] Tournely<sup>7</sup> cum synodis Ebroicensi, Rothomagensi<sup>c)</sup> etc., sentiunt hos semper esse rebaptizandos sub conditione: quoties tamen desunt ad minus duo testes fide digni de Baptismo rite collato. — Sed communissima et vera sententia docet tunc tantum tales pueros esse rebaptizandos, quando adest probabilis suspicio erroris in dato Baptismo. Ita Busenbaum (ut supra) et Suarez<sup>8</sup>, Concina<sup>9</sup>, Natalis Alexander<sup>10</sup>, Laymann<sup>11</sup>, Holzmann<sup>12</sup>; Palaus<sup>13</sup> cum Coninck; Croix<sup>14</sup> cum Gobat et Quintanadvenas<sup>d)</sup>; Salmant.<sup>15</sup> cum Bonacina. Et ita censuit S. Congregatio (ut refert Pater Zaccaria apud Croix<sup>16</sup>), dicens pueros domi bapti-

cit., num. 9. — <sup>10</sup> Cap. 8, propos. 7, reg. 5. — <sup>11</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 5, n. 3. — <sup>12</sup> De Bapt., num. 145. — <sup>13</sup> Tr. 19, punct. 13, num. 7. — *Coninck*, qu. 66, art. 9, num. 94. — <sup>14</sup> Lib. 6, part. 1, num. 321. — *Gobat*, tr. 2, num. 183. — <sup>15</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 60. — *Bonac.*, disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 2, punct. 1, num. 36. — <sup>16</sup> Loc. cit., num. 323. Et habetur etiam ap. Pallottini, v. *Sacramentum Baptismi*, § 2, n. 13.

136. — *a*) Diana hic non satis accurate a Busenbaum refertur; nam, *part. 9, tr. 6, resol. 35*, probabilem vocat non quidem sententiam hic ab auctore relata, sed sententiam Quintanadvenas, qui rebaptizandos esse sub conditione vult infantes expositos; in cujus tamen asserti confirmationem Diana adducit alius auctoris sententiam, qui rebaptizandos esse ait tum expositos, tum baptizatos domi ab obstetricibus, tum baptizatos ab haereticis. Sed, *part. 5, tr. 13, resol. 86*, Diana expresse rejicit, ex parte saltem, Silvii opinionem: « Quidquid sit, inquit, in illis partibus Germaniae, ubi saepius obstetrices sunt sortilegae, tamen in nostris partibus Silvii doctrina non admittitur ». — Denique, quod Busenbaum addit de iis qui *ab haereticis baptizati sunt, licet sint adulti*, non reperitur apud Diana, sed solum ibi habetur sententia Quintanadvenas, qui dicit rebaptizandos esse *expositos*, « etiamsi senes modo et sacerdotes ac episcopi sint ».

<sup>b)</sup> Synodus Mechliniensis et synodus Yprensis non bene referuntur a Concina. — Mechliniensis enim (1607), *tit. 3, cap. 6*, loquitur de Baptismo ab haereticis collato. Habetur ap. Labbe, *tom. 21, col. 1446*; et inter Concilia Germaniae, *tom. 8, fol. 776*. Sed Silvius

*loc. cit.*, allegat non concilium, sed Pastoralis Mechliniense, statuens quod si puer « sit baptizatus ab obstetrice sub conditione baptizetur ». — Yprensis autem (1577), *tit. 12, cap. 5*, tenet sententiam quam S. Alphonsus veram vocat: « Si post diligentem inquisitionem, justam dubitandi rationem habeat parochus... aut etiam cognoverit obstetrices quae se baptizasse dicunt, adeo leves esse ut ipsis certa fides adhiberi non possit; neque per alios probari potest quod omnia sint legitime adhibita, tunc ipse parochus ad administrationem... procedat, sed substantialia verba conditionaliter proferat ». Habetur inter Concilia Germaniae, *tom. 7, fol. 842*.

<sup>c)</sup> Synodus Rothomagensis (1581) *cap. de Sacram.*, n. 2, ap. Labbe, *tom. 21, col. 623*, loquitur de Baptismo a Calvinistis collato.

<sup>d)</sup> Quintanadvenas, *tr. 1, singul. 5, n. 2*, dicit: « Omnes fere infantes ob mortis periculum praecipue, domi a parentibus, cognatis, obstetricibus aliisque laicis viris aut feminis baptizatos communiter iterum baptizandos esse sub conditione ». Et n. 9, verba *fere omnes* sic explicat: « Quia potest esse obstetrices ita bene instructa et diu experta in administratione Baptismi, et his necessitatis aut periculi casibus ita assuefacta, ut nulla praesumptio

Juxta alios rebaptizandi sub conditione.

Non sunt rebaptizandi, nisi adsit probabilis suspicio.

Infantes expositi sine scheda, baptizandi.

Expositi cum scheda, juxta alios non baptizandi.

Verius baptizandi sub conditione.



zatos non esse rebaptizandos, nisi adsit probabile dubium invaliditatis.

Secus vero dicendum, si in examine parochus constanter deprehendat obstetricem illam sive laicum rite baptizasse; ut dicunt auctores praefati, quibus consentit Estius<sup>1</sup> cum Soto, Petro de Palude, et Silvestro, ubi dicit non esse baptizandos, cum... obstetricem interrogata testetur, se rite totum mysterium peregerisse. — Id confirmat S. Carolus Borromaeus<sup>2</sup>, dicens: *Si, re accurate investigata, (parochus) exploratum habuerit illum (puerum) forma servata baptizatum esse, caveat omnino ne hanc sub conditione baptizandi formam adhibeat.* Idemque dicitur in catechismo Romano<sup>3</sup>, ubi: *Ea Baptismi forma (scilicet conditionata) ex Alexandri Papae auctoritate in illis tantum permittitur, de quibus, re diligenter perquisita, dubium relinquatur an Baptismus rite susceperint; aliter vero nunquam fas est, etiam cum adjunctione, Baptismum alicui iterum administrare.*

Notandum autem 1°. Quod, postquam aliquis privatim baptizatus est, consuetudine caeremoniae et ritus in ecclesia suppleri debent; ut dicunt Salmant.<sup>4</sup> cum communi ex Rituali Romano. — Notandum 2°. Quod, cum Baptismus reiterandus est, puto cum Croix<sup>5</sup>, etc., omnino servandum ordinem descriptum n. 117, quidquid aliqui dicant. Potest tamen dari in quocumque loco, si peractae jam sint solemnitates in ecclesia; ut dicunt aliqui apud Croix<sup>5</sup>. — Notandum 3° cum Croix<sup>6</sup>, quod

<sup>1</sup> In 4, dist. 4, § 15. - Sotus, in 4, dist. 3, qu. unic., art. 9, argum. 4. - Petrus de Palude, in 4, dist. 6, qu. 4, art. 1, concl. 1, (num. 5). - Silvestr., v. Baptismus IV, qu. 9, i. f. - <sup>2</sup> Instructio Baptismi, § 1, Quae parochus, v. Quae forma, (loquens de expositis); Acta Mediolan. Eccl., part. 4. - <sup>3</sup> Part. 2, cap. 2, de Sacram. Bapt.

in collatione talis Baptismi non est praemittenda confessio; sed sufficit praemittere dolor de peccatis.

137. - Quaeitur 2°. *An debeant rebaptizari pueri ab haereticis baptizati?*

Certum est et de fide ex Tridentino<sup>7</sup>, validum esse Baptismum collatum ab haereticis, quando omnia requisita ad sacramentum adhibentur.

Sed merito putant Gobat, Dicastillus et Quintanadvenas, apud Croix<sup>8</sup>, pueros baptizatos a praedicantibus (et idem ait Silvius<sup>9</sup>) praecise de baptizatis ab Anglicis, ac Tournely<sup>10</sup> de cunctis baptizatis a Lutheranis et Calvinianis) omnes esse rebaptizandos, saltem sub conditione. Quia facile dubitari debet de materia, forma et intentione talium ministrorum: cum ipsi hoc sacramentum non judicent absolute necessarium; propter quod parum curant de necessariis requisitis: aliis adhibentibus aquam rosaceam: aliis dividitibus materiam a forma, ita ut alter verba proferat, alter aquam infundat: aliis aquam tantum super vestes infundentibus. — Et ideo, cum tot urgeant motiva dubitandi de valore talium baptismatum, merito dicimus, ordinarie loquendo, illa sub conditione repetenda. — Caeterum censuit S. Congregatio (ut refert Pater Zaccaria apud Croix<sup>9</sup>), non esse rebaptizandos pueros baptizatos ab haereticis, nisi in eo loco praedicantes non observarent requisita ab Ecclesia catholica ad valorem sacramenti<sup>11</sup>.

3°. Peccat graviter minister. 1°. Qui non rebaptizat eum de quo rationabile

n. 57, (al. n. 56). — <sup>4</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 60. - Ritual. Rom., De baptizandis parvulis, init. — <sup>5</sup> Lib. 6, part. 1, n. 325. — <sup>6</sup> Loc. cit., num. 323. — <sup>7</sup> Sess. 7, de Bapt., can. 4. — Gobat, tr. 2, num. 392 et 398. - Dicast., tr. 2, de Bapt., disp. 1, dub. 7, num. 181. - Quintanad., tr. 1, singul. 3, a n. 3. - <sup>8</sup> Loc. cit., n. 322. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 1, n. 323.

Quid de baptizatis ab haereticis.

Forma Baptismi conditionati.

Notanda ex Busenbaum.

vel suspicio haberi possit de Baptismo recte collato aut de turbatione aliqua ipsius. Quod de parentibus, cognatis et aliis laicis difficiliter praesumitur.

<sup>5</sup> Croix, lib. 6, part. 1, n. 325, non dicit absolute servandum esse ordinem; sed: « Melius est, inquit, etiam in Baptismo qui sub conditione repetitur, se accommodare usui communi, et adhibere saltem sacerdotem si haberi possit, immo parochum ipsum ».

137. - <sup>a</sup>) Silvius, in 3 P., qu. 66, art. 9, qu. 3, scribit: « Justissima... est ratio dubitandi

de veritate Baptismi ab haereticis nostri temporis administrati ».

<sup>b</sup>) Contin. Tournely, de Bapt., cap. 8, art. 3, v. Quaes: « Plures esse, inquit, qui summe dubium habeant Baptisma a Calvinianis et Lutheranis collatum ». Sed ipse subdit: « Quia tamen hodierni novatores meliori via gradi perhibentur, maturo hic opus est examine, si res moram patitur ».

<sup>c</sup>) Scilicet S. C. Concilii, die 27 Mart. 1683 declaravit: Non esse rebaptizandos, dummodo non adsit dubium probabile de invaliditate

« dubium juris vel facti manet num valide « sit baptizatus; quia tenetur proximum « liberare a probabili periculo gravis mali, « cum facile potest. Laymann<sup>1</sup>, Quinta- « nadvenas<sup>2</sup>. — 2°. Si non diligenter in- « rat in talis Baptismi valorem, nisi de hoc « aliunde constet. Quintanadvenas<sup>3</sup>.

« 4°. Non est rebaptizandus de cujus « Baptismo habetur testimonium unius « oculati testis, licet feminae: dummodo « non sit suspecta, nec aliud obstet. — « Laymann<sup>4</sup>.

« 5°. Qui vere et rationabiliter dubitat « de suo Baptismo, tenetur petere Baptis- « mum, et parochus ei conferre (Quinta- « nadvenas<sup>5</sup>), et interea abstinere ab usu « aliorum sacramentorum.

« Resp. 2°. Baptismus sub conditione « hac forma conferendus est: *Si baptizatus « es, non te baptizo; si nondum es bapti- « zatus, ego te baptizo in nomine, etc.* Ac « licet sufficiat sola mente conditionem « apponere, si ex omissione non timeatur « scandalum; tutius tamen est exprimere « verba saltem ista: *Si non es baptizatus, « etc.* — Vide Toletum<sup>6</sup>, Laymann<sup>7</sup>, Sua- « rez<sup>8</sup>, Filliuccium<sup>9</sup>.

« Patrinus autem in hoc Baptismo ne- « cessarius non est, nec adhibendus. — « Quintanadvenas<sup>10</sup> ».

138. - Pro complemento hujus puncti, Quaeitur 1°. *Quinam sint effectus sacramenti Baptismi?*

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 5, n. 3. — <sup>2</sup> Tr. 1, singul. 6, n. 1. — <sup>3</sup> Loc. cit., singul. 6 et 7. — <sup>4</sup> Loc. cit., num. 3, i. f. — <sup>5</sup> Loc. cit., singul. 13 et 14. — <sup>6</sup> Lib. 2, cap. 19. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 3. — <sup>8</sup> Disp. 81, sect. 6, n. 1, i. f. — <sup>9</sup> Tr. 2, cap. 3, i. f., n. 65. — <sup>10</sup> Loc. cit., singul. 18, n. 1. — <sup>11</sup> Part. 2, cap. 2, de Sacram. Bapt., n. 42. — <sup>12</sup> Sess. 5, de Peccato

Baptismi. Cfr. Pallott., v. Sacram. Bapt., § 2, n. 13. Idemque responsum dedit S. C. S. O., die 6 April. 1859. Ceterum de hac re exstat etiam aliud decretum S. C. S. O. sub die 20 Nov. 1878. Quaesitum enim erat: An baptismus sub conditione conferri debeat haereticis qui se convertant ad religionem catholicam, a quocumque loco proveniant et ad quacumque sectam pertineant? Et S. C. quaesito respondit: « Negative. Sed in conversione haereticorum, a quocumque loco vel a quacumque secta venerint, inquirendum de validitate Baptismi in haeresi suscepti. Instituto igitur in singulis casibus examine, si compertum fuerit aut nullum aut nulliter collatum fuisse, baptizandi erunt absolute. Si autem pro tempore et lo-

Effectu Baptismi.

Resp. *Primus* effectus est remissio omnium peccati originalis, et actualis ante Baptismum commissi; ut habetur in catechismo Romano<sup>11</sup> et Tridentino<sup>12</sup>: *In renatis nihil odit Deus.* Remanet tamen in iis peccati fomes, qui non est peccatum; et si ei resistitur gratia Jesu Christi, proderit ad coronam. — *Secundus* effectus est condonatio omnium poenarum pro peccatis debitarum. Ita in catechismo<sup>13</sup>, ex Tridentino<sup>14</sup>, ubi: *Ut nihil prorsus eos ab ingressu coeli remoretur.* Vide Salmant.<sup>15</sup> — *Tertius* est largitio divinae gratiae, qua filii Dei et coeli haeredes efficiuntur; ut ex Tridentino<sup>16</sup>. — *Quartus*, characteris impressio. — *Quintus*, ut baptizatus fiat Ecclesiae membrum, et illius auctoritati subjiciatur.

139. - Quaeitur 2°. *Quae dispositio requiritur in suscipiente Baptismum?*

Resp. In *infantibus* eorum voluntatem supplet Christus et Ecclesia. Est certum ex Tridentino<sup>17</sup>, ubi dicuntur parvuli baptizari *in sola fide Ecclesiae*, quamvis actu proprio non credant.

In *adultis* autem requiritur intentio saltem habitualis, id est habita et non retractata<sup>18</sup>. Salmant.<sup>19</sup>, cum Bonacina, Palao, Coninck et communi. Vide dicta n. 81, v. *Certum*.

Hinc infertur 1°. Baptismus valide conferri, etsi recipiatur per metum gravem. Secus autem, si recipitur per meram vim,

orig., n. 5. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 45. — <sup>12</sup> Loc. cit. — <sup>13</sup> Tr. 2, cap. 5, num. 22 et 23. — <sup>14</sup> Sess. 6, de Justific., cap. 7. — <sup>15</sup> Sess. 7, de Bapt., can. 13. — <sup>16</sup> Tr. 2, cap. 6, num. 40. - Bonac., disp. 1, qu. 6, punct. 2, num. 8; et disp. 2, qu. 2, punct. 6, n. 17. - Palao, tr. 19, punct. 7, n. 2. - Coninck, qu. 64, art. 8, n. 102.

corum ratione, investigatione peracta, nihil sive pro validitate sive pro invaliditate detegatur, aut adhuc probabile dubium de Baptismi validitate supersit, tum sub conditione secreto baptizentur. Demum si constiterit validum fuisse, recipiendi erunt tantummodo ad abjuramentum seu professionem fidei ».

139. - <sup>a</sup>) De infidelibus adultis moribundis et sensibus jam destitutis exstat decretum S. C. S. O. sub die 18 Sept. 1850: « Si antea dederint signa velle baptizari, vel in praesenti statu aut nutu aut alio modo eandem dispositionem ostenderint, baptizari posse sub conditione, quatenus tamen missionarius, cunctis rerum adjunctis inspectis, ita prudenter judicaverit ».

Dispositiones requisitae ad validitatem.

Baptismus per metum aut per vim acceptus.

animo omnino renuente. — Suarez <sup>b)</sup>, Bonacina, Palaus <sup>b)</sup>, cum Salmant. <sup>1</sup>, ex Toletano IV <sup>c)</sup>.

Baptismus dormienti vel amenti collatus.

Infertur 2°. Validum etiam esse Baptismum collatum dormienti vel amenti qui sui compos antea petierit. Palaus, Henriquez, etc., cum Salmant. <sup>2</sup>. — Bene tamen ibid. advertit Suarez, quod ad licite ministrandum tunc Baptismum, requiritur aliqua necessitas, nempe si amentia censeatur perpetua, vel si homo sit in probabili periculo mortis. Et tunc satis est si sufficientia indicia volendi Baptismum antea ille praestiterit: quae indicia sufficiunt etiam ad praesumendam debitam poenitentiam habitam de peccatis, nisi constet suscipientem post mortale in amentiam incidisse. — In dubio autem de petitione, Baptismus est conferendus sub conditione. Salmant. <sup>3</sup> cum Bonacina, Henriquez, etc. (Vide dicta n. 81, v. *Utrum*).

Fides et poenitentia requisitae in adulto ad licitatem.

Requiritur etiam in adulto, ad licite recipiendum Baptismum, fides et poenitentia. — Quoad *fidem*, requiritur ut sciat sacramenta (saltem Baptismum, Eucharistiam et Poenitentiam), praecepta Decalogi, saltem crasso modo, et orationem dominicalem; ultra quatuor illa scitu necessaria, id est Dei existentiam, Deum remuneratorem esse, Trinitatem, et Incarnationem Passionemque D. N. Jesu Christi. In urgente autem periculo mortis, suf-

Bonac., disp. 2, qu. 2, punct. 6, n. 22. — <sup>1</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 42. — Palaus, tr. 19, punct. 7, n. 2. — Henrig., lib. 2, cap. 24, num. 3. — <sup>2</sup> Loc. cit., n. 43. — Suar., disp. 24, sect. 1, concl. 2. — <sup>3</sup> Tr. 2, cap. 6, n. 45. — Bonac., disp. 2, qu. 2, punct. 6, n. 21. — Henrig., lib. 2, cap. 24, n. 4. — Sanch., Decal., lib. 2, cap. 3, num. 24, cum cap. 2, n. 5. — <sup>4</sup> Loc. cit., num. 50. — Navar., Man., cap. 1, num. 36. — <sup>5</sup> Man., tr. 3, de Bapt. et Confirm., cap. 6, v. *Si vero*. —

<sup>b)</sup> Suarez, disp. 24, sect. 1, concl. 1 et 3, de metu plane concordat; de vi autem mere externa non loquitur expresse; sed in universum ad Baptismi validitatem dicit: «Necessarium esse voluntarium consensum et intentionem suscipiendi». — Idemque notandum venit de Palao, tr. 19, punct. 7, n. 2.

<sup>c)</sup> Concilium Toletanum IV, cap. 57, scri-

ficit scire haec quatuor ultima; ut bene dicunt Sanchez et Sotus <sup>a)</sup>, cum Salmant. <sup>4</sup>.

Quoad *poenitentiam* autem requisitam, requiri contritionem tenent Navarrus et alii. Sed verius Gonet <sup>5</sup>, Suarez <sup>6</sup>, Canus <sup>7</sup>; et Salmant. <sup>8</sup> cum Valentia, Soto, Henriquez, Granado et aliis pluribus, tenent sufficere attritionem, quin sit caritate informata: idque expresse docet D. Thomas <sup>9</sup>, ubi docet quod *non inconvenienter* (homo) *accedit ad Baptismum, qui habet conscientiam peccati mortalis*. Utique si requireretur contritio, iste non posset accedere cum conscientia peccati mortalis; ipse enim S. Doctor docuit alibi <sup>10</sup> quod, *quantumcumque parvus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet*. Ergo si accederet cum quacumque parva contritione, profecto sine peccato accederet. Sed clarius id expressit <sup>11</sup>, ubi dixit: *Ad hoc quod homo praeparet se ad gratiam in Baptismo percipiendam, praexigitur fides, sed non caritas: quia sufficit attritio praecedens, etsi non sit contritio*. Nescio huic quid respondere possint adversarii, si dicere vellent S. Thomam aliam quam nostram tenuisse sententiam.

An vero in suscipiente Baptismum requiratur aliqualis caritas inchoata? — Vide dicenda de *Poenit.*, n. 437.

<sup>a)</sup> Disp. 28, sect. 2, v. *Dico 2*. — <sup>1</sup> Relect. de Poenit., part. 3, § *Utrum adulti Baptismus remittat peccata sine poenitentia*, concl. 2. — <sup>2</sup> Loc. cit., n. 53. — Valent., in 3<sup>o</sup> Part., disp. 4, qu. 3, punct. 3, v. *Sed quaestio*. — Sotus, in 4, dist. 6, qu. 1, art. 7, concl. 4 et 6. — Henrig., lib. 2, cap. 26, n. 3. — Granad., in 3 P., contr. 4, de Bapt., tr. 5, disp. 2, n. 6. — <sup>3</sup> 3 P., qu. 79, art. 3, ad 2. — <sup>4</sup> Suppl., qu. 5, art. 3, corp. — <sup>5</sup> In 4, dist. 6, qu. 1, art. 3, solut. 1, ad 5.

bit de Judaeis qui «jampridem ad christianitatem venire coacti sunt... quia jam constat eos... Baptismi gratiam percepisse... oportet ut fidem etiam quam vi vel necessitate susceperunt, tenere cogantur». Celebratum est anno 633; vide ap. Labbe, tom. 6, col. 1465.

<sup>a)</sup> Sotus hoc non advertit in 4, dist. 6, qu. 2, art. 1, quidquid dicant Salmant.

Sufficit attritio.

Caeremoniae Baptismi.

## DUBIUM V.

## De Caeremoniis Baptismi.

## ARTICULUS I.

## QUAE SERVANDA CIRCA CAEREMONIAS BAPTIZANDI.

140. *Quae servanda quoad caeremonias Baptismi.* — 141. *An sit mortale baptizare sine unctione chrismatis et aqua consecrata.* — 142. *An sit illicitum baptizare extra ecclesiam. Et quando permittatur.* — 143. *An omittendae caeremoniae in Baptismo privato, et an patrinus.* — 144. *An, collato Baptismo privato, caeremoniae sint suppleendae. Quid, si Baptismus fuerit invalidus.* — 145. *Quid notandum circa nomen in Baptismo imponendum et librum Baptismatum.*

140. « Resp. Caeremoniae Baptismi tendae sunt ex *Agendis* cujusque ecclesiae. — Universim tamen, circa eas servanda sequentia:

« 1°. Baptismum, extra necessitatem, absque peccato non posse conferri, nisi in aqua consecrata. — Quae cum deest, habetur formula brevis in quibusdam *Agendis* ex tempore aliam consecrandi, pro casu necessitatis. Quod si etiam hac formula careas, adhiberi potest aqua communis benedicta.

« 2°. Baptismum solemnem non conferendum, nisi in templo, et in loco ad id deputato: nisi filiis regum et principum, quibus adde filios catholicorum in locis haereticis. Interim quoad hoc, in magnatibus et nobilibus connivetur in multis locis. Laymann <sup>a)</sup> ». — [Vide dicta n. 118, Not. III].

<sup>1</sup> De Bapt., n. 164. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 1, n. 339. — <sup>3</sup> De Bapt., n. 80. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 164, i. f. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 339. —

140. — <sup>a)</sup> Laymann, lib. 5, tr. 2, cap. 8, n. 8, dicit tantum Baptismum, seclusa necessitate, conferendum esse in loco sacro ad id deputato; excipi vero filios regum et principum; hos tamen baptizandos esse non in loco profano, sed in oratorio vel sacello. Atvero S. R. C. jubet ut abusus removeantur, et infantes ad ecclesiam deferantur, juxta praescriptionem et communem praxim. *Decr. auth.*, n. 3418.

<sup>b)</sup> Laymann, loc. cit., cap. 6, n. 8, refert Sotum dicentem baptizandum esse parvulum die octavo, ut moris est, vel decimo aut duodecimo die; sed ipse dicit prudentis viri iudicio committendum esse, ut non nimis sine causa differatur Baptismus, adversus ecclesiae cujusque consuetudinem. De cetero concordat n. 9.

141. — <sup>a)</sup> Attamen non solum imminens periculum mortis esse posse causam legitimam

« 3°. Infantes ex consuetudine deferendos ad Baptismum circa diem octavum nisi prius sit necesse; vel nisi sit gravis causa dilationis (v. gr. quia patrinus sunt expectandi): in qua tamen non licet communiter extra necessitatem privatim baptizare, et postea adhibere solemnitates, sed praestat expectare aliquamdiu. Laymann <sup>b)</sup> ». — [Vide dicta n. 118, Not. II].

141. — Mortale est negligere caeremonias Baptismi aut aliquam ex eis notabilem <sup>a)</sup>, ut omnes communiter cum Holzmänn <sup>1</sup>, Croix <sup>2</sup>.

Hinc notandum I°. Seclusa necessitate, est mortale baptizare sine unctione chrismatis; ut Elbel <sup>3</sup>, Holzmänn <sup>4</sup>; ac Croix <sup>5</sup> cum Gobat, etc. — Ita pariter est mortale baptizare in aqua non consecrata vel in chrismate alterius anni; ut docent <sup>b)</sup> communiter Navarrus <sup>6</sup>, Sa <sup>7</sup>, Viva <sup>8</sup>; et Bonacina <sup>9</sup>.

Omissio caeremoniarum extra necessitatem, lethalis.

Quid de chrismate alterius anni.

Gobat, tr. 2, n. 469. — <sup>6</sup> Man., cap. 22, n. 7, v. *Octavo peccat*. — <sup>7</sup> V. *Baptismus*, n. 15. — <sup>8</sup> De Bapt., qu. 2, art. 7, n. 2.

omittendi solemnitates Baptismi, verum etiam aliam quamcumque rationabilem et gravem, quae impediatur earumdem solemnitatum administrationem; ut exempli gratia, si tempus omnino deficiat, si instet periculum a paganis, si sacerdos non habeat neque commode habere possit oleum catechumenorum, sanctum chrisma, sal benedictum aliaque necessaria pro perficiendis iisdem solemnitatibus. In his autem casibus monendum esse missionarium, quod si non omnes, sed solum aliquas caeremonias Baptismi adhibere possit, eas adhibeat; ac deinde, cum tempus et occasio opportuna adfuerit, easdem caeremonias, vel omnes, vel quas omisit, in ecclesia vel oratorio supplere teneatur. Ita S. C. de Prop. F., die 21 Januar. 1789.

<sup>b)</sup> Viva haec docet de solemnibus Baptismo; Navarrus et Sa de solo chrismate alterius anni loquuntur; sed Sa dicit simpliciter: « Non

cina<sup>1</sup> cum Coninck et Nuñez, ex can. *Si quis de alio, dist. 4, de consecr.*, ubi damnatur de mortali: *Si quis de alio chrismate quam de illo novo... baptizare, nisi praeoccupante morte, tentaverit.* Idque confirmat Rituale Romanum<sup>2</sup> dicens: *Veteribus oleis nisi necessitas cogat, ultra annum non utatur; ac si deficere videantur, et chrisma aut oleum benedictum haberi non possit, aliud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, sed in minori quantitate.*

Quid, si annus sit completus, et pastor non accepit novum oleum?

Apud Croix<sup>3</sup>, Marchant suadet ut baptizet, praemissis aliis, et postea suppleat unctiones. — Gobat vero dicit Baptismum posse differri, nisi adsit mortis periculum<sup>4</sup>; immo addit quod si in aliqua dioecesi adsit usus, poterit pastor veteribus oleis uti. — Sporer<sup>4</sup> autem censet<sup>4</sup>) infantem posse semper baptizari in veteri chrismate, quia ipsi jugiter sunt in periculo mortis; dicit enim Catechismus Romanus<sup>5</sup> pueris non esse differendum Baptismum, cum praesertim propter aetatis imbecillitatem, infinita pene vitae pericula illis impendeant.

Ego sentio distinguendum: Si oleum novum expectandum esset per notabile tempus, puta per decem vel undecim dies (juxta dicta n. 118, Not. II), tunc licite poterit conferri Baptismus sine unctionibus, et postea unctiones suppleri; quia talis dilatio sat justa est causa ut possit Baptismus sine illis ministrari. — Secus, si oleum intra praedictos dies facile haberi

<sup>1</sup> De Bapt., qu. 2, punct. 7, n. 20. - Coninck, qu. 71, num. 16 et 17. - Nuñez, in 3 P., qu. 71, art. 4, concl. 2. - <sup>2</sup> De Bapt., § de Sacris Oleis. - <sup>3</sup> Lib. 6, part. 1, n. 342. - *Jacobus Marchant*, Resolut. pastor. de Bapt., cap. 3, i. f. - *Gobat*, tr. 2, num. 511. - <sup>4</sup> Suppl. Sacram., cap. 1, num. 95. - <sup>5</sup> De Bapt., num. 34. - <sup>6</sup> Tract. 19,

possit. Tunc enim puto non posse sine necessitate, vel saltem sine causa gravi, Baptismum separari ab unctionibus, quae ex gravi quidem praecepto concomitanter cum Baptismo debent adhiberi: nisi forte prius jam adhibitae sint, ut plures opinantur<sup>6</sup>). Vide dicenda n. 144, v. Sed haec.

142. - Notandum II<sup>o</sup>. Mortale etiam est sine necessitate baptizare extra ecclesiam; ut Suarez<sup>7</sup>), Palaus<sup>8</sup>), et Croix<sup>7</sup> cum Gobat.

Excipe tamen I<sup>o</sup>. Si dubium adsit de morte infantis, puta si infans nascatur sine fletu, si mulier difficulter sit enixa, si infans prosiliat ante septimum mensem. Tunc enim baptizare licet domi privatem; ut ait Croix<sup>8</sup> cum Gobat et Quintanadvenas: qui idem dicunt, si proles prodeat in octavo mense. — Excipe 2<sup>o</sup>. Si infans nequit in ecclesiam deferri sine periculo infamiae parentum aut alius gravis damni. Quo casu, putat Croix<sup>9</sup> cum Gobat et Jordano, posse domi Baptismum solemniter conferri<sup>6</sup>). — Excipe 3<sup>o</sup>. Si infans sit filius regis aut principis. Sed de hoc vide dicta n. 118, Not. III.

143. - « 4<sup>o</sup>. Baptizanti non licet adhibere caeremonias aliquas, omissis aliis, quia vel fiet in Baptismo solenni: quod prohibet Tridentinum<sup>10</sup>; — vel privato: sed in hoc, prohibet *clementina unica* illas adhibere, nisi sit filius regis aut principis. [Ut mox supra dictum est].

« De patrino tamen, usus habet ut et tunc adhiberi possit; etsi non sit necesse. « Et multi putant, adhibitum non contra-

punct. 12, num. 16. - <sup>7</sup> Loc. cit., n. 334. - *Gobat*, n. 491. - <sup>8</sup> Lib. 6, part. 1, num. 336. - *Gobat*, tr. 2, num. 499. - *Quintanad.*, tr. 1, singul. 20, num. 5 et 6. - <sup>9</sup> Loc. cit., n. 336. - *Gobat*, n. 500, cum n. 473 et 476. - *Jordan.*, lib. 3, tit. 1, de Bapt., num. 11 et 16. - <sup>10</sup> Sess. 7, de Sacram. i. g., can. 13.

licet». — Nuñez de sola aqua non consecrata loquitur. — Denique Coninck de utroque mentionem habet, sed non explicat utrum sub gravi an sub levi tantum. Cfr. notam g ad n. 102 supra.

<sup>c)</sup> Ita sane Gobat; non tamen reprobat consilium Jacobi Marchant; immo illud sibi placere affirmat.

<sup>d)</sup> Refert quorundam auctorum doctrinam quam non reprobat.

<sup>e)</sup> Si parochus novum oleum in Sabbato Sancto habere non potest, benedictio Fontis

peragenda est cum oleo vetere, uti S. R. C. declaravit 23 Septembr. 1837 et 19 Septembr. 1859. — Idemque, ob paritatem, dicendum est de ipsa Baptismi collatione, scilicet infantem in Baptismo solenni ungendum esse oleo et chrismate praecedentis anni, dum recenter consecrata non habentur, uti eadem S. C. declaravit. Vide *Decreta authent.*, n. 2773 et 3092.

142. - <sup>a)</sup> Suarez, *disp. 30, sect. 2, v. Secunda*, dicit illicitum esse.

<sup>b)</sup> Et adhaeret S. R. C., in locis ubi catholici procul ab ecclesiis incolunt, et translatio

Baptismus in ecclesia sub gravi conferendus.

Exceptiones.

Doctrina Busenbaum de caeremoniis.

Si Baptismus invalidus, juxta alios repetendae caeremoniae.

« here cognationem spiritualem, nec vere « patrinum effici: ut Sanchez, Rodriguez; « contra Laymann et Suarez, quorum tamen sententia videtur probabilior ».

144. - « 5<sup>o</sup>. Cum in necessitate, vel « aliam ob causam (nam ob gravem causam, v. gr. justum timorem infamiae, « aliquando licite fit) Baptismus sine caeremoniis est collatus, ea cessante, illae « solemniter in templis sunt supplendae. [Ut S. Thomas<sup>1</sup>, cum Salmant.<sup>2</sup> et communi<sup>3</sup>], ex cap. 1, de sacr. non iter. Et haec caeremoniae sunt supplendae sub mortali; ut Croix<sup>4</sup> cum Aversa<sup>5</sup>) et Pignatelli<sup>6</sup>]. — « Quod tamen non est moris in haereticis conversis: ne plebs putet nos eorum Baptismum improbare. « Laymann<sup>3</sup>. Immo in aliis omittere secluso contemptu, esse tantum veniale « docet Possevinus<sup>4</sup>.

« Qui autem tenet more patrini infantem, dum caeremoniae suppletur, non « contrahere cum eo cognationem spirituales, Diana<sup>5</sup> (ex Pontio) dicit esse « probabile.

« 6<sup>o</sup>. Si Baptismus collatus deprehendatur fuisse invalidus, non ideo repetendae sunt caeremoniae ».

Sed haec quaestio est. — Alii, ut Palaus<sup>6</sup>, et Salmant.<sup>7</sup> cum S. Antonino et Reginaldo, dicunt repetendas esse caeremonias, secluso scandalo, vel infamia ba-

*Sanch.*, de Matrim., lib. 7, disp. 62, n. 14. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 224 (al. cap. 227), concl. 2. — *Laym.*, lib. 5, tr. 2, cap. 9, n. 5, v. *Dico 2.* — *Suar.*, in 3 P., qu. 67, art. 8, in Comment., v. *Ultimum dub.* — <sup>1</sup> 3 P., qu. 71, art. 3, ad 3. — <sup>2</sup> Tr. 2, cap. 7, n. 18. — <sup>3</sup> Loc. cit., cap. 8, num. 10. — <sup>4</sup> De Offic. curati, cap. 6, num. 23. — <sup>5</sup> Part. 3, tract. 4, resol. 260. — *Pontius*, de Matrim., lib. 6, cap. 11,

infantium magnis periculis et incommodis obnoxia est. *Decret. authent.*, num. 3234, dub. III. — Et juxta Gobat, oportere Baptismum illo casu solemniter conferri. — Jordano non loquitur de periculo infamiae.

144. - <sup>a)</sup> Id colligitur propter rationis similitudinem, ex cap. *Pastoralis 1, de sacram. non iterand.*, ubi de subdiacono sine manuum impositione ordinato, et de confirmato cum oleo, statuitur: « In talibus... caute supplendum, quod incaute fuerat praetermissum ».

<sup>b)</sup> Haec sunt verba Claudii Lacroix, *loc. cit.*, n. 340: « Et quidem sub mortali docet Aversa..., quod videtur tenendum, quamdiu infans est parvulus. Consentit Pignatelli..., si etiam adultus conversus ad fidem petat eas

ptizantis vel baptizati<sup>c)</sup>. Ratio, quia caeremoniae sunt accessoriae ad Baptismum, cum pertineant ad ejus ornatum; unde semper ac Baptismus confertur, debent illum concomitare. — Alii vero communis cum Busenbaum, ut Suarez<sup>8</sup>, Bonacina<sup>9</sup>; Holzmann<sup>10</sup> cum Aversa; item Coninck apud Palaus<sup>11</sup> (ac probabile putat Croix<sup>12</sup>), negant esse repetendas<sup>d)</sup>. Tum quia in cap. 1, de sacr. non iterand. dicitur in sacramentis characterem imprimendum, nihil esse iterandum, sed caute supplendum quod incaute fuerat praetermissum: unde cum in Baptismo invalido jam fuerint adhibitae caeremoniae, non est obligatio eas iterandi. Tum quia ad debitum cultum sacramenti servandum, sufficit ut caeremoniae vel subsequantur, ut habetur in Rituali Romano, vel antecedant sacramentum. Quapropter caeremoniae tam antecedentes quam subsequentes Baptismum moraliter cum ipso conjunguntur.

Utraque sententia videtur probabilis; sed prima ut tutior consulenda.

145. - Circa nomen quod in Baptismo imponitur,

Notat I<sup>o</sup>. Croix<sup>13</sup>, non peccare qui nomen non sancti imponit; quia imponere sancti nomen non est praeceptum, sed tantum monitum S. Pii V et Pauli V. — Idem dicit Croix, contra Vasquez<sup>a)</sup>, si

num. 3. — <sup>2</sup> Tr. 19, punct. 12, num. 24. — <sup>3</sup> Tr. 2, cap. 7, n. 21. - *S. Anton.*, part. 3, tit. 14, cap. 13, § 12. - *Reginald.*, lib. 27, n. 34. — <sup>4</sup> Disp. 31, sect. 6, v. *Septimo.* — <sup>5</sup> De Bapt., qu. 2, punct. 7, n. 22. — <sup>6</sup> De Bapt., num. 167. - *Aversa*, qu. 71, sect. 1, i. f. — *Coninck*, qu. 66, artic. 9, n. 100. — <sup>7</sup> Tr. 19, punct. 12, n. 23. — <sup>8</sup> Lib. 6, part. 1, n. 341. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 329. — *Croix*, loc. cit.

sibi fieri. — Et profecto Aversa, *qu. 71, sect. 1, v. Certum est*, vult eas caeremonias supplendas esse sub mortali, quantumcumque tempus a Baptismo effluerit. — Pignatelli autem, *tom. 7, consult. 59*, loquitur de converso ad fidem, qui postulat eas sibi suppleri.

<sup>c)</sup> Salmant. et S. Antoninus absolute dicunt esse repetendas, nulla mentione facta de scandalo aut infamia. — Palaus autem repetendas esse vult, seclusa « gravi... baptizati damno ».

<sup>d)</sup> Nisi aliter usu receptum sit, ut limitant Bonacina, Holzmann, Aversa et Croix.

145. - <sup>a)</sup> Vasquez, *disp. 166, cap. 5, n. 71*. « Cum plura christianorum nomina habeamus, inquit, laudabile sane est aliquod ex illis, rejecto gentilismo aut judaico, assumere ».

Juxta alios, non repetendae.

Utraque probabilis; prior consulenda.

Quid de nomine imponendo.

imponatur nomen Veteris Testamenti, v. gr. Adami, Tobiae, etc. Hoc autem in nostris partibus passim in usu est. — Advertit tamen Croix cum catechismo Romano<sup>b)</sup>, non facile acquiescendum volenti imponere nomen ethnicum.

Notat 2°. Croix<sup>1</sup> quod si dubitetur an infans sit vir aut mulier, et urgeat periculum mortis, potest baptizari sine nomine. — In Rituali Romano<sup>2</sup> de hoc ita habetur: *Curet (parochus) ne obscœna, fabulosa aut ridicula, vel inanium deorum, vel impiorum ethnicorum hominum nomina imponantur, sed potius, quatenus fieri potest, Sanctorum, etc.*

Notat 3°. Croix<sup>3</sup> cum Abbate<sup>c)</sup>, Bonacina, Dicastillo, contra Sotum<sup>d)</sup> et Sâ<sup>e)</sup>, nomen in Baptismo impositum licite posse privata auctoritate mutari; cum hoc nullo jure prohibeatur. Procul dubio autem mutari potest in Confirmatione.

Circa autem *librum baptizatorum*, notandum, hunc fidem facere in quovis tribunali; ut advertit Croix<sup>4</sup>. — Parochus autem diligenter tenetur in libro adnotare diem et horam nativitatis<sup>f)</sup>, parentes et paternos. Item, si Baptismus sit collatus sub conditione, vel sine caeremoniis. Item, ubi infans repertus sit expositus. Ita in Rituali Romano<sup>5</sup>.

Quaenam notanda in libro baptizatorum.

## ARTICULUS II.

### QUI PATRINI, ET QUOD EORUM OFFICIUM.

146. *Ad quid teneantur patrini. Et quae requirantur ut quis valide sit patrinus.* — 147. *Quando patrinus teneatur instruere susceptum. Et an possit omitti patrinus in Baptismo privato.* — 148. *Qualis actus requiratur in patrinis ut contrahant cognationem.* — 149. *An cognationem contrahant suscipiens vel baptizans in Baptismo privato.* — 150. *An parentes suscipientes vel baptizantes filios, contrahant impedimentum petendi debitum.* — 151. *An contrahat cognationem suscipiens infantem in Baptismo collato sub conditione.* — 152. *An, qui ex errore suscipit unum pro alio.* — 153. *Quis contrahat cognationem, si quis suscipiat nomine alterius.* — 154. *An patrini, ad contrahendam cognationem, debeant esse designati.* — 155. *An possint esse patrini ejusdem duo mares vel duae feminae.* — Dub. 1. *An patrinus masculi debeat esse masculus, etc.* — Dub. 2. *An peccent designantes duos mares vel duas feminas.* — 156. *Quid requiratur ut quis licite sit patrinus. Repelluntur ab hoc officio: 1. Religiosi. 2. Conjuges et parentes. 3. Infames. 4. Apostatae et haeretici. An autem catholici possint suscipere infantes haeticorum, haeretico baptizante. 5. Plures quam duo.* — 157. *An duo conjuges possint esse patrini alienae prolis.* — 158. *Vide quae habentur apud Busenbaum.* — 159. *Quando graviter peccet parochus circa hanc materiam.* — 160. *Quae debeat monere parochus post datum Baptismum. Et signanter, ne matres decumbant cum infantibus.*

Officium patrini.

146. — « Resp. I°. Patrini sunt quasi patres spirituales, qui baptizatum de fonte suscipiunt in suam curam. Unde eorum officium est baptizatum de rebus fidei

« instruere, Orationem dominicam et Sym-bolum docere: ad quod obligantur, si id ab aliis non fiat. Laymann<sup>6</sup> ». — [Vide n. seq.].

Croix, lib. 6, part. 1, n. 329. — <sup>1</sup> Loc. cit., n. 330. — <sup>2</sup> De Bapt., de Sacris oleis, in fine. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 331. — Bonac., disp. 2, qu. 2, punct. 4, n. 29. — Dicast., tr. 2, de

Bapt., disp. 1, dub. 6, n. 154. — <sup>4</sup> Lib. 6, part. 1, n. 345. — <sup>5</sup> Formulae describendi baptizatos in 1° libro. — <sup>6</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 9, n. 1.

<sup>b)</sup> « Reprehendendi sunt, ait catechismus Romanus, de Bapt., n. 75, qui gentiliū nomina... pueris imponunt ». — Et Bened. XIV, const. *Omnium sollicitudinum*, diei 12 Sept. 1744, § 14, dub. 2: « Omnino interdictis, inquit, nominibus idolorum vel falsae religionis poenitentium, quibus gentiles utuntur ».

<sup>c)</sup> Abbas Panormitanus citatur hic a Croix absque loci indicatione; at certe hoc apud Abbatem reperire nequivi.

<sup>d)</sup> Sotus, in 4, dist. 1, qu. 5, art. 8, v. Po-

stremum, perspicue innuit non posse mutari propria auctoritate nomen in Baptismo acceptum. Loquitur enim de quodam qui putabatur femina dum baptizaretur, postea autem repertus erat vir; et negat talem fuisse baptizandum, sed tantum fuerat illi commutandum per episcopum nomen femininum in masculinum ».

<sup>e)</sup> Sâ, v. *Nomen*, negat posse fieri propria auctoritate, nisi ad tempus et ex causa.

<sup>f)</sup> Nativitatis hora omittitur a Rituali.

Requisita ut quis sit valide patrinus.

« Resp. II°. Ut quis valide sit patrinus, non certa aetas »; [Ut Salmant.<sup>1</sup> cum Sanchez, Laymann, Navarro, etc.; contra Abbatem, qui requirit aetatem octodecim annorum. Croix<sup>2</sup> autem requirit saltem septennium<sup>a)</sup> « sed requiritur:

« 1°. Usus rationis.

« 2°. Ut ipse sit baptizatus (quia non potest esse pater, qui ipse nondum sit natus). Et quidem ut ejus Baptismus fuerit validus; quia accessorium sequitur principale.

« 3°. Ut a parentibus vel parochis ad hoc designatus sit: ad quod videtur sufficere si etiam ultro se ingerens sit admissus. Designatos autem rite a parentibus parochus valide non mutat ». [Sed Tamburinius<sup>b)</sup> dicit quod parochus valide mutaret; et adhaeret Croix<sup>b)</sup>: quia ex Tridentino<sup>b)</sup> sufficit designatio parentum vel parochi. Parochus autem mutans patrinum graviter peccaret, ut ait Beja apud Croix<sup>3)</sup>. « Diana<sup>4</sup>.

« 4°. Ut in ipso Baptismo (quia non sufficit ut in solis caeremoniis) per se vel procuratorem tangat, teneat aut de manu baptizantis suscipiat ». — [Illud suscipere intelligendum esse dicunt Salmant.<sup>5</sup>, si Baptismus sit per immersionem. Sed Croix<sup>c)</sup> dicit cum Aversa<sup>c)</sup> et communi, sufficere ad contrahendam cognationem quod patrinus suscipiat baptizatum

e manu baptizantis, etiamsi Baptismus sit per infusionem].

« 5°. Ut id non materialiter tantum, sed animo susceptoris, sive cum intentione id munus gerendi faciat. Laymann<sup>6</sup> ». — [Ita etiam Tamburinius et Aversa, apud Croix<sup>7)</sup>.

Quod si quis suscipiat filium unius, putans esse filium alterius, dicunt Sanchez, Tamburinius, Gobat et Croix<sup>8</sup>, eum cognationem non contrahere<sup>d)</sup>. — Sed vide infra, n. 152.

147. — Hic praenotandum ut certum, 1°. id quod docet D. Thomas circa obligationem patrini; nam<sup>9</sup> sic ait: *Ille qui suscipit aliquem de sacro fonte, assumit sibi officium paedagogi; et ideo obligatur ad habendam curam de ipso*. Id est, ut dicunt Holzmann<sup>10</sup>, [Contin.] Tournely<sup>11</sup>, Salmant.<sup>12</sup> et alii passim, tenetur instruere baptizatum circa fidem et mores. — Attamen haec obligatio tunc tantum urget, si necessitas immineret, sicut eo tempore et loco in quo baptizati inter infideles nutriuntur, ut dicit idem D. Thomas<sup>13</sup>, addens: *Sed ubi nutriuntur inter catholicos christianos, satis possunt ab hac cura excusari, praesumendo quod a suis parentibus diligenter instruantur. Si tamen quocumque modo sentirent contrarium, tenerentur secundum suum modum salutis spiritualium filiorum curam*

Obligatio instruendi in fide et moribus, quando urgeat patrinum.

<sup>1</sup> Tr. 2, cap. 7, num. 29. — Sanchez., de Matrim., lib. 7, disp. 61, n. 3. — Laym., lib. 5, tr. 2, cap. 9, n. 2. — Navar., lib. 4, consil. 4, de cognat. spirit. — Abbas, in cap. *Debitum* 4, de bapt., n. 3. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 1, n. 356. — Beja, Cas. consc., part. 2, cas. 4. — <sup>3</sup> Loc. cit., num. 362. — <sup>4</sup> Part. 9, tr. 7, resol. 50. — <sup>5</sup> Tr. 2, cap. 7, num. 31. — <sup>6</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 9, num. 2. — Tambur., de Sacram.,

lib. 2, de Bapt., cap. 4, § 4, n. 2; et § 2, n. 1. — Aversa, qu. 67, sect. 4, v. *Septimo*. — <sup>7</sup> Lib. 6, part. 1, n. 363. — Sanchez., de Matrim., lib. 7, disp. 58, num. 7. — Tambur., loc. cit., § 4, num. 4. — Gobat, tr. 2, n. 537. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 363. — <sup>9</sup> 3 P., qu. 67, art. 8. — <sup>10</sup> De Bapt., n. 158. — <sup>11</sup> De Bapt., cap. 6, qu. 2. — <sup>12</sup> Tr. 2, cap. 7, num. 26. — <sup>13</sup> Loc. cit., art. 8.

146. — <sup>a)</sup> Quam sententiam S. Doctor probabiliter appellat in *Hom. apost., tr. 14, n. 32*, scribens: « Probabiliter tenet Croix, requiri saltem aetatem septem annorum ».

<sup>b)</sup> Nec Tamburinius, lib. 2, de Bapt., cap. 4, § 2, n. 12, id docet; nec Tridentinum, sess. 24, de reform. Matrim., cap. 2, ait satis esse designationem parentum vel parochi; immo jubet ut parochus eos tantum admittat quos parentes designaverint. — Croix tamen, loc. cit., n. 362, videtur validam agnoscere ejusmodi mutationem, quia opinatur cognationem contrahi ab eo qui sic fuerit a parochis subrogatus.

<sup>c)</sup> Croix, loc. cit., n. 363, ita scribit: « Ad cognationem contrahendam..., si... suscipiat ex

fonte, debet suscipere e manibus baptizantis ». — Et Aversa, qu. 67, sect. 3, v. *Sexto*, dicit: « Proprie est de sacro fonte suscipere et levare »; quando Baptismus per immersionem confertur. « Dum vero (ita subdit) introductum est ut fiat per aspersionem et infusionem aquae, dicitur intervenire qui teneat in Baptismo. Sed quoad effectum uterque modus in idem redit ».

<sup>d)</sup> « Nisi forte (limitat Gobat) habeas intentionem tenendi quisquis offeratur; quam quidem ego censeo in dubio praesumendam de omnibus ». Et hanc Georgii Gobat limitationem refert Croix. — Itemque Sanchez, loc. cit., dicens: « Hoc autem temperarem, nisi ita casu esset quispiam patrinus illius pueri,

*impendere. Et idem dicunt communiter Salmant. <sup>1</sup> cum Suarez, Laymann, Palao, Coninck, Valentia, etc.*

Praenotandum 2<sup>o</sup>. Quod in Baptismo privato nulla culpa est, si patrinus omitatur; ut ajunt [Contin.] Tournely <sup>2</sup>, Holzmann <sup>3</sup>; et Salmant. <sup>4</sup> cum Soto, Suarez, Sanchez et aliis communiter. — Dicunt tamen Sanchez <sup>5</sup>; et Laymann <sup>6</sup> cum Suarez, Coninck, etc., quod, licet necessario non sit adhibendus patrinus in Baptismo privato; tamen bene adhiberi potest, et praestantius adhibetur <sup>a</sup>).

148. - Sed quaeritur 1<sup>o</sup>. *Qualis actus requiratur in patrinis ut contrahant cognationem?*

Textus qui hanc cognationem statuunt (relati a Sanchez <sup>7</sup>) his utuntur vocabulis: *suscipit, tenet, accipit, levat, tangit*. — Unde doctores conveniunt apud Sanchez <sup>8</sup> requiri ad contrahendam cognationem, ut patrinus vel teneat aut tangat infantem dum baptizatur; vel statim levat aut suscipiat de sacro fonte vel de manibus baptizantis <sup>a</sup>).

An autem requiratur tactus physicus ad contrahendam cognationem?

<sup>1</sup> Tr. 2, cap. 7, n. 27. - *Suar.*, in 3 P., qu. 67, art. 8, comment. - *Laym.*, lib. 5, tr. 2, cap. 9, n. 1. - *Palao*, tr. 19, punct. 11, § 1, num. 2. - *Coninck*, qu. 67, art. 8. - *Valent.*, disp. 4, qu. 2, punct. 3. — <sup>2</sup> De Bapt., cap. 6, qu. 1, resp. 3. — <sup>3</sup> De Bapt., n. 154. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 24. - *Sotus*, in 4, dist. 4, qu. unic., art. 5. - *Suar.*, in 3 P., qu. 67, art. 8, v. *Ultimum dub.* - *Sanch.*, de Matrim., lib. 7, disp. 62, n. 14. — <sup>5</sup> De Matrim., lib. 9, disp. 26, n. 3. — <sup>6</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 9, n. 5. - *Suar.*, loc. cit. - *Coninck*, de Sacram., disp. 32, n. 39. — <sup>7</sup> De Matrim., lib. 7, disp. 56, n. 1. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 2 et 3. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 4. — <sup>10</sup> Ap. *Sanchez*,

ut nullo modo eligeretur persona; sed nil referret essetne puer filius hujus vel illius. Tunc enim intentio patrini manifeste fertur in puerum illum praesentem; ac proinde illius intendit esse patrinus ».

147. - <sup>a</sup>) Scilicet Laymann, Suarez et Coninck dicunt patrinum posse adhiberi; Sanchez vero ait praestantius adhiberi.

148. - <sup>a</sup>) Vel etiam de manu obstetricis quae eum tenebat dum baptizabatur, ut declaravit S. C. C. ap. Pallottini, v. Sac. Baptismi, § 1, n. 19 et 20, Praeterea S. C. de Prop. Fide, die 21 Januar. 1856, hanc interpretationem dedit: « Per verba (Ritualis) *patrino infantem tenente*, haud susceptio absoluta requiritur, cum *tenere* aequae intelligatur ac sufficiat, si patrinus, ut in more est, physico contactu infantis jungat se cum eo cujus manibus ille tenetur, et ad aquae infusionem comite-

Loquendo de *infantibus*, communiter affirmant DD. apud Sanchez <sup>9</sup>. — Loquendo vero de *adultis*, negant <sup>10</sup> Sotus, Lopez et Sa <sup>b</sup>), qui dicunt sufficere tantum moralem sive assistentiam; quia cum adulti possint ex se sustentari, sufficit assistentia, qua denotent patrini se suscipere eos in suam curam, caeremonia tentionis non adhibita. Sed communissime et merito huic contradicunt <sup>c</sup>) Palaus <sup>11</sup>, Salmant. <sup>12</sup>; Bonacina <sup>13</sup> cum Cardinali, Reginaldo, Filiucio, etc., ac Sanchez <sup>14</sup> cum Manuele et Henriquez, qui de hoc affert declarationem cardinalium. Ratio: tum quia talis tentiono expresse requiritur a sacris canonibus; tum quia (ut dicit D. Thomas <sup>15</sup>) haec caeremonia non est jam inducta ad supplendam imbecillitatem corporis, sed ad significandam imbecillitatem animae. Unde S. Doctor <sup>16</sup> ait: *Licet ille qui confirmatur (et idem dicendum de baptizato) sit adultus corporaliter, nondum tamen est adultus spiritualiter*.

149. - Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An baptizans et patrinus adhibitus in Baptismo privato, contrahant cognationem spiritualem?* — Nulli dubium quod baptizans contrahat,

loc. cit., num. 5. — *Sotus*, in 4, dist. 4, art. 5, v. *Hic in primis*. - *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, de Matrim., cap. 51, v. *Praeterea hic dubium*. — <sup>11</sup> Tr. 19, punct. 11, § 2, n. 3. — <sup>12</sup> Tr. 2, cap. 7, n. 31 et 32. — <sup>13</sup> De Matrim., qu. 3, punct. 5, § 2, n. 14. - *Cardin. Zabarella*, in cap. *Veniens*, de cognat. spirit., n. 2. - *Regin.*, lib. 31, n. 151. - *Fill.*, tr. 10, part. 2, num. 191. — <sup>14</sup> De Matrim., lib. 7, disp. 56, num. 5. - *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 224 (al. cap. 226), num. 1, v. *Circa hoc*. - *Henrig.*, lib. 12, cap. 11, num. 3. — <sup>15</sup> 3 P., qu. 67, art. 7, ad 3. — <sup>16</sup> 3 P., qu. 72, art. 10, ad 1.

tur deferentem, quin opus sit ut patrinus vel matrina tantum, amoto deferente, infantem suas in manus excipiens, sacerdoti baptizandum exhibeat ».

<sup>b</sup>) Sa, v. Matrim. impedimenta diriment., n. 5, in universum scribit: « Potest et quis tenere non tangendo, ut infantem in disco, vel assistendo tamquam susceptor, dum baptizatur vel levatur ».

<sup>c</sup>) Palaus, Bonacina, Reginaldus, Filiucius, Rodriguez, Henriquez non loquuntur de infantibus nec de adultis, sed in genere negant satis esse assistentiam ut in Baptismo patrinus cognationem contrahat. — Salmant. requirunt ut « puerum teneat », « vel quod baptizatum ex sacro fonte immediate levat et suscipiat » — Cardinalis vero requirit ut « per se teneat puerum ». — Et pariter S. C. C. pluries negavit in universum cognationem

In Baptismo infantium requiritur tactus physicus.

Item, in Baptismo adultorum.

ut communiter dicunt Palaus <sup>1</sup>, [Contin.] Tournely <sup>2</sup>, Viva <sup>3</sup> et alii.

Dubium est an contrahat patrinus.

*Prima* sententia affirmat; et hanc tenent Suarez <sup>4</sup>; Laymann <sup>5</sup> cum Armilla et Navarro; ac Viva <sup>a</sup>) cum Sa et Coninck. — Ratio, quia patrinus non propter solam solemnitatem in Baptismo adhibetur, sed etiam propter obligationem instruendi baptizatum. Et quamvis Ecclesia in Tridentino <sup>6</sup> non praeceperit adhiberi patrinum in Baptismo privato; illum tamen non prohibuit, nec (ut ait Suarez) juri antiquo derogavit.

*Secunda* vero sententia, communior et probabilior, negat; eamque tenent Palaus <sup>7</sup> cum communi (ut asserit), Sanchez <sup>8</sup>, Bonacina <sup>9</sup>, Holzmann <sup>10</sup>, Sporer <sup>11</sup>; [Contin.] Tournely <sup>12</sup> cum Soto <sup>b</sup>); et Salmant. <sup>13</sup> cum Hurtado, Rodriguez, Dicastillo, Cornejo et Diana. — Probat ex Tridentino <sup>14</sup>, ubi sic statuitur: *Unus tantum, sive vir sive mulier, juxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum unus et una baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum, et illius patrem et matrem, necnon inter baptizantem et baptizatum, baptizatique patrem et matrem tantum, spiritualis cognatio contrahatur. Parochus, antequam ad Baptismum conferendum accedat, diligenter ab iis ad quos spectabit sciscitetur quem vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant; et eum vel eos tantum*

<sup>1</sup> Tr. 19, punct. 11, § 2, n. 13. — <sup>2</sup> De Dispensation. in specie, part. 1, cap. 4, art. 2, collig. 1, v. *Frustra obijceretur*; et collig. 4. — <sup>3</sup> De Matrim., qu. 5, art. 6, n. 4. — <sup>4</sup> Qu. 67, art. 8, comment., v. *Ultim. dub.* — <sup>5</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 9, n. 5. - *Armil.*, v. *Matrimonium*, n. 14. - *Navar.*, Man., cap. 22, num. 40. — *Sa*, v. *Matrim. impedimenta diriment.*, n. 5. - *Coninck* de Sacram., disp. 32, num. 39. — <sup>6</sup> Sess. 24, de reform. Matrim., cap. 2. — *Suar.*, qu. 67, art. 8, comm., v. *Ultimum dub.* — <sup>7</sup> Tr. 19, punct. 11, § 2, n. 12 et 13. — <sup>8</sup> De Matrim., lib. 7, disp. 62, n. 14 et 15. —

contrahi ab his qui solum assistunt, et non tangunt puerum vel puellam baptizandam. Cfr. Pallottini, v. Sac. Baptismi, § 1, n. 26.

149. - <sup>a</sup>) Viva, de Matr., qu. 5, art. 6, n. 4, contra tenet secundam sententiam, quae ipsi S. Alphonso probatur: « Quando privatim domi baptizatur, inquit, patrini non contrahunt hanc cognationem ».

<sup>b</sup>) Sotus, in 4, dist. 42, qu. 1, art. 1, v. *Profecto rationes*, dubitanter procedit, et primo quidem scribit: « Dicendum quod hujusmodi [privatus in necessitate] Baptismus causa

*ad illum suscipiendum admittat, et in libro eorum nomina describat, doceatque eos quam cognationem contraxerint*. — Ex quibus verbis auctores praefati recte concludunt impedimentum ex concilio contrahi solum a suscipientibus *de sacro fonte*; qui solus institutus est ad conferendum Baptismum solemnem, non autem privatum.

Nec obstat dicere cum Suarez quod Tridentinum hic non derogavit juri antiquo, quo (ut asserit) omnes suscipientes cognationem contrahebant. — Nam primo non ostendit Suarez, ut opus erat, quo jure antiquitus in Baptismo privato contrahebatur cognatio. Deinde, etiamsi hoc primitus statutum fuisset, Tridentinum tamen ad evitanda incommoda, derogavit omnibus aliis prohibitionibus ineundi matrimonia, praeter illas quae hic statuit, dicens: *Docet experientia, propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque s. synodus huic incommodo providere, et a cognationis spiritualis impedimento incipiens, statuit ut unus tantum, sive vir, etc.*; et prosequitur ut supra. — Ergo ad vitanda incommoda, concilium praescribere voluit ut praefata cognatio in posterum non contrahatur nisi a suscipientibus de sacro fonte, id est in Baptismo solemnem, ut diximus <sup>c</sup>).

<sup>9</sup> De Matr., qu. 3, punct. 5, § 2, n. 11. — <sup>10</sup> De Matrim., n. 544. — <sup>11</sup> Part. 4, cap. 1, n. 89. — <sup>12</sup> De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 4, art. 2, v. *Ex his colliges I.* — <sup>13</sup> Tr. 9, de Matrim., cap. 12, n. 32. - *Gasp. Hurtad.*, de Matrim., disp. 18, diff. 6. - *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 224, concl. 2. - *Dicast.*, tr. 10, de Matrim., disp. 7, dub. 30, n. 304. - *Cornejo*, de Matrim., disp. 7, dub. 16, v. *Rogabis 2.* - *Diana*, part. 10, tr. 16, resol. 29, v. *Notandum est hic*. — <sup>14</sup> Sess. 24, de reform. Matrim., cap. 2. — *Suar.*, qu. 67, art. 8, comm., v. *Ultim. dub.* — *Trident.*, sess. 24, de reform. Matrim., cap. 2.

est spiritualis cognationis. Nam canones absque ulla exceptione ajunt baptizantem et susceptorem cognationem contrahere cum baptizato. Et Baptismus in extrema necessitate vere sacramentum est ». Concludit tamen postea: « Verumtamen... non plane affirmarem quod si quis puerum teneret, cui alter aquam infunderet, tenens ille cognationem contraheret, quia ubi non est solemnitas, non dicitur proprie susceptor ».

<sup>c</sup>) Reperitur tamen ap. Pallottini, v. Sacramentum Baptismi, § 1, n. 23, contraria



150. - Quaeritur 3°. *An parentes baptizantes vel suscipientes de Baptismo filios, contrahant impedimentum petendi debitum?*

Baptizantes filios in necessitate non impediuntur a debito petendo.

Neque baptizantes extra necessitatem ex ignorantia.

Certum est 1°. Non contrahere si baptizent in necessitate; ut docent D. Thomas<sup>1</sup>, Sanchez<sup>2</sup>, Salmant.<sup>3</sup> et alii communiter, ex can. *Ad limina 7, causa 30, qu. 1*, ubi dicitur: *Inculpabile iudicandum quod necessitas intulit*. — Certum est 2°. graviter peccare parentes, qui ex industria et sine necessitate filios baptizant; ut patet<sup>a)</sup> ex can. *De his 6, dict. qu. 1*. Vide Viva<sup>4</sup>. — Certum est 3°. Non contrahere cognationem, si parentes ex ignorantia baptizent; ut habetur in cap. *Si vir 2, de cognat. spir.*, ubi sic dicitur: *Si vir vel mulier scienter vel ignoranter filium suum de sacro fonte suscepit... quamvis generaliter sit institutum ut debeant separari; quidam tamen humanius sentientes aliter statuerunt. Ideoque nobis videtur sive ex ignorantia sive ex malitia id fecerint, non sunt ab invicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere...; quia si ex ignorantia (nota) id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari vel dolus*.

Quaestio igitur est: *An parentes contrahant impedimentum si filium baptizent ex industria praeter necessitatem?*

<sup>1</sup> Suppl., qu. 56, art. 1. — <sup>2</sup> De Matrim., lib. 9, disp. 26, num. 2. — <sup>3</sup> Tract. 9, cap. 15, num. 24. — <sup>4</sup> De Matrim., qu. 5, art. 6, num. 4. — <sup>5</sup> Loc. cit. — <sup>6</sup> De Bapt., cap. 9, num. 14. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 42, artic. 1, qu. 2. — *Palud.*, in 4, dist. 42, qu. 1, art. 1, concl. 7, (num. 15); et dist. 32, qu. 1, art. 2, concl. 4, (num. 9). — *Richard. a Medavil.*, in 4, dist. 42, art. 1, qu. 1, v. f. — <sup>7</sup> De Matr.,

*Prima* sententia communior affirmat. Et hanc tenent D. Thomas<sup>5</sup>, Petrocorensis<sup>b)</sup>, Concina<sup>6</sup>; item S. Bonaventura, Paludanus, Richardus et alii plures, cum Sanchez<sup>7</sup>. — Ratio, quia eadem lex quae decernit cognationem spirituales contrahi inter baptizantem et parentes baptizati, ipsa impedimentum inducit inter parentes suam prolem baptizantes.

*Secunda* vero sententia satis probabilis negat; eamque tenent plures et graves doctores, ut Suarez<sup>c)</sup>, Pontius<sup>d)</sup>, Viva<sup>8</sup>, Coninck<sup>9</sup>; Salmant.<sup>10</sup> cum Perez, Dicastillo etc. Idem tenet Glossa in cit. cap. *Si vir*, v. *Debitum*, ubi dicit: *Non invenimus prohibitum in hoc casu quod non exigat; ergo nec nos prohibeamus*. — Ratio est, quia revera nullo jure (ut ipse Sanchez fatetur, et ideo hanc sententiam probabilem et tutam vocat) expressum invenitur suppositam cognationem contrahi. Et si aliqui antiqui textus adfuerint separationem inter tales conjuges injungentes; tamen omnes hi canones (ut ait Sanchez) correcti fuerunt a citato cap. *Si vir*, ubi dicitur quod hujusmodi conjuges non sunt separandi; et additur: *nec alter alteri debitum debet subtrahere*.

Ex quibus verbis recte inferunt Salmant. nullum impedimentum contrahi ad debitum petendum: textus enim non dicit quod tantum nocens teneatur innocenti

lib. 9, disp. 26, num. 7. — <sup>8</sup> De Matrim., qu. 7, artic. 3, num. 5. — <sup>9</sup> Disp. 34, dub. 8, num. 69. — <sup>10</sup> Tract. 9, cap. 15, num. 25. — *Martin. Perez*, de Matrim., disp. 29, sect. 6, num. 7, v. f. — *Dicast.*, tr. 10, de Matrim., disp. 9, dub. 8, n. 90 et seqq. — *Sanchez*, de Matr., lib. 9, disp. 26, num. 7 et 6. — *Sanchez*, loc. cit. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 15, num. 25.

b) Petrocorensis, *de Bapt.*, cap. 7, qu. 3: « Matrimonii usus, inquit, parentibus interdicitur, qui proprios filios de fonte Baptismi susceperunt ».

c) Suarez, *qu. 67, art. 8, comment.*, v. *Majus vero*, fatetur primo communem esse sententiam quod sic suscipientes contrahant impedimentum; sed inferius refellit argumenta illius sententiae, et concludit: « Quod... teneatur hac de causa non petere debitum, non video quo sufficienti fundamento asseratur; quamvis in re morali communem sententiam deserere difficile sit ».

d) Pontius, *de Matr.*, lib. 10, cap. 6, n. 4, ita sane docet de eo qui sic fecit ex industria, scilicet cum intentione fraudandi alterum conjugem debito conjugali. Si vero scienter qui-

Baptizantes ex industria impediuntur juxta communior.

Satis probabiliter nec tunc impediuntur.

Quid de cognatione in Baptismo conditio-nato.

debitum non negare; sed utitur terminis correlativis, qui mutuam obligationem indicant. — Si igitur utraque pars (ut bene arguit Pontius<sup>1</sup>) tenetur debitum reddere, ergo utraque potest petere. Nam si nocens petere non posset, neque pars innocens posset reddere: quia, ex una vice, non teneretur reddere, cum nocens jam amiserit jus petendi; ex altera, neque etiam posset reddere, si posset negare sine gravi incommodo, quia cooperaretur peccato alterius (juxta dicta *Lib. II, n. 47*, et ut dicemus in hoc casu, *Tract. de Matrim., Lib. VI, n. 945*). — Nec verum est quod quidquid dirimit Matrimonium contrahendum, impedit etiam jam contractum; nulla enim poena incurritur, ut compertum est apud omnes, nisi in jure sit expressa. In nostro autem casu, haec poena non petendi debitum nullibi invenitur expressa, sicut alias habetur de incestuoso, ex *cap. 1, de eo qui cognovit consanguin.*

151. - Quaeritur 4°. *An suscipiens infantem in Baptismo collato sub conditione, contrahat cognationem?*

Resp. Si de primo Baptismo adsit dubium dumtaxat negativum<sup>a)</sup>, omnino affirmandum cum communi; quia nulla tunc urget ratio pro valore anterioris Baptismi, et praesumptio stat tantum pro valore secundi. Ita Sanchez<sup>2</sup>, Mazzotta<sup>3</sup>; Salmant.<sup>4</sup> cum Bonacina; et Renzi<sup>5</sup> cum Di-

<sup>1</sup> De Matrim., lib. 10, cap. 6, n. 4. — <sup>2</sup> De Matr., lib. 7, disp. 62, n. 6. — <sup>3</sup> Tr. 7, disp. 1, qu. 2, cap. 4, § 2, i. f. — <sup>4</sup> Tr. 9, cap. 12, n. 29. — *Bonac.*, de Matr., qu. 3, punct. 5, § 2, num. 10. — <sup>5</sup> De Bapt., cap. 5, qu. 4, v. f. — *Dicast.*, tr. 10, de Matr., disp. 7, dub. 27, n. 260. — *Diana*, part. 11, tr. 8, resol. 57. — <sup>6</sup> De Matr., lib. 7, disp. 62, num. 7. —

castillo et Diana. — Secus tamen dicunt Sanchez<sup>6</sup>, Renzi<sup>7</sup> cum Diana, si dubium sit positivum. Et hoc est satis probabile, juxta dicenda *de Matrim., n. 905*, v. *Secunda*, ubi dicemus cum communi doctorum, bene posse contrahi Matrimonium, quando post adhibitam diligentiam nullum impedimentum certo adesse probatur.

152. - Quaeritur 5°. *An contrahat cognationem qui ex errore suscipit unum infantem pro alio?*

Negat Contin. Tournely<sup>a)</sup>, et Sanchez<sup>a)</sup> cum Abbate<sup>b)</sup>, etc. — Quia in *dict. cap. 2, de cognat. spir.*, dicitur conjux quae ignoranter levavit filium mariti non arceri a petitione debiti<sup>c)</sup>.

Affirmant vero Pontius<sup>8</sup> et Palau<sup>9</sup> cum aliis; quia suscipiens videtur habere intentionem suscipiendi infantem, quicumque sit. Textum autem allatum dicunt non probare conjugem non gessisse verum officium susceptoris; sed solum ex dispositione juris sublato esse impedimentum petendi debitum, quod impedimentum non decebat quidem contrahi sine conjugis culpa: sed hanc rationem ajunt non procedere in nostro casu. — Et haec sententia mihi probabilior videtur. Nisi (ut recte excipit Renzi<sup>10</sup> cum Bonacina, Tamburino et Januario) ille habeat expressam intentionem non tenendi alium, nisi quem intendit suscipere<sup>d)</sup>.

<sup>7</sup> Loc. cit., i. f. — *Diana*, loc. cit. — <sup>8</sup> De Matrim., lib. 7, cap. 39, n. 9. — <sup>9</sup> Tr. 19, punct. 11, § 2, n. 5. — <sup>10</sup> De Bapt., cap. 5, qu. 25. — *Bonac.*, de Matrim., qu. 3, punct. 5, § 2, n. 18. — *Tambur.*, lib. 2, de Bapt., cap. 4, § 4, num. 5. — *Joseph. de Januario*, de Casib. reserv., part. 2, resol. 75, num. 34.

S. C. C. declaratio, qua scilicet declaratum est ortam fuisse spirituales cognationem inter eam quae tenuit puerum, dum obstetrix illum baptizaret et patrem pueri, etiamsi tenens crederet ex tali actu non resultatuum impedimentum, quo praevisto non tenuisset, dummodo tenendo habuerit animum de sacro fonte levandi puerum.

150. - <sup>a)</sup> Canon *De his* loquitur de patrino in Confirmatione; et melius allegatur can. *De eo 5, caus. 30, qu. 1*, ubi haec habentur: « De eo qui filium suum baptizavit, et cujus uxor eum de fonte suscepit, hac causa ut dissidium conjugii fieret... Si... ex industria fecerunt, ut filium suum de fonte susciperent, si inuupti permanere voluerint, bonum est; sin autem, *gravis poenitentia* insidiatori injungatur ».

dem, sed non ex industria, id fecerit, asserit Pontius *n. 7*, talem contrahere impedimentum.

151. - <sup>a)</sup> Non omnes auctores hic citati loquuntur de dubio negativo, sed de dubio in genere, ut Mazzotta, Salmant., Bonacina.

152. - <sup>a)</sup> Contin. Tournely, *de Dispensat. in specie, part. 1, cap. 4, art. 2, collig. 4, v. Sed quid*; et Sanchez, *de Matr.*, lib. 7, disp. 58, n. 7, hanc suam negativam sententiam ita coarctant, ut in ipsam S. Alphonsi opinionem reincidat; negant enim contrahi cognationem, nisi « habeat intentionem (sunt verba Contin. Tourn.) suscipiendi puerum praesentem, quisquis ille sit ». — Et Sanchez: « Nisi ita casu esset quispiam patrinus illius pueri, ut nullo modo eligeretur persona, sed nil referret essetne puer filius hujus vel illius ».

b) Abbas, *in cap. 2, de cognat. spir.*, n. 4, id dubitanter pronuntiat; dicit enim ad cognationem contrahendam requiri animum et certam scientiam; « ex quo potest inferri (ita prosequitur), quod si quis, credens tenere filium unius, tenuit filium alterius, non efficitur ille pater spiritualis baptizati, saltem ad dirimendum Matrimonium post contractum; quod tamen satis potest dubitari ».

c) Cap. 2, *de cognat. spir.* negat conjugem eo casu debere subtrahere debitum, quod auctores interpretantur de debiti petitione.

d) Seu, ut magis accurate auctorum mens referatur, ordinarie non contrahit cognationem, quia ordinarie intendit suscipere hunc et non alium; si vero intentionem habeat quemcumque suscipiendi, contrahit cognationem.

Suscipiens unum pro alio, juxta alios non contrahit.

Probabilius contrahit.

Limitatio.

153. - Quæritur 6°. *Quisnam contrahat cognationem, si quis suscipiat infantem nomine alterius?* — Tres adsunt sententiae:

*Prima* communior dicit contrahere solum principalem. Et ita sentiunt Sanchez<sup>a)</sup>, Pontius<sup>1</sup>, Renzi<sup>2</sup>; Palaus<sup>3</sup> cum Coninck, Barbosa et Hurtado; Croix<sup>4</sup> cum Aversa et Gobat; Tournely<sup>b)</sup> cum Navarro<sup>b)</sup> et Fagnano<sup>b)</sup>. — *Secunda* sententia dicit contrahere solum procuratorem; quia hic solus infantem suscipit. Ita Concina<sup>5</sup> cum Soto et Toletus<sup>c)</sup>. — *Tertia* sententia, quam tenent Leander<sup>d)</sup>, et Diana<sup>e)</sup> cum Sà<sup>f)</sup>, Reginaldo<sup>f)</sup>; ac Filiucci, apud Concina<sup>6</sup>, dicit neutrum contrahere: non principalem, quia non suscipit; non procuratorem, quia hic non intendit contrahere.

His non obstantibus, *prima* sententia, quae communior est, absolute verior mihi videtur. Ratio, quia ex Tridentino is contrahit cognationem qui est a parentibus ad suscipiendum designatus. — Nec obstat quod principalis de facto non suscipiat; quia juxta regulam juris, qui per alium

facit per se facere videtur. Sicque decimum refert Pontius a S. Congregatione, quae dixit in hoc casu: *Procurator non contrahit cognationem spiritualem sibi, sed mandanti.*

154. - Quæritur 7°. *An patrini, ad contrahendam cognationem, debeant esse designati?* — Ante omnia hic advertendum id quod habetur in Tridentino<sup>7</sup>, ubi sic sancitum fuit: *Si alii ultra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant, constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus.*

Sed Dubium 1<sup>um</sup> occurrit: *Si nullus sit designatus, et plures tangant, an omnes contrahant?*

Tenet Diana cum aliis, apud Busenbaum (ut infra, n. 158, in fine), neminem eorum cognationem contrahere. Et hanc sententiam probabilem putant<sup>a)</sup> Sanchez<sup>8</sup>; ac Suarez, Gutierrez, etc., apud Salmant.<sup>9</sup>; et probabilior vocat Croix<sup>b)</sup> cum Gobat<sup>b)</sup> et Aversa<sup>b)</sup>. Quia Tridentinum expresse requirit designationem; et proinde

Matrim., cap. 2. — Pontius, de Matr., lib. 7, cap. 39, n. 10; cfr. Pallottini, v. *Matrimonium*, § 8, num. 59 et seqq.; et v. *Sacram. Baptismi*, § 1, n. 33 et 34; Zamboni, v. *Matrimonium*, § 10, n. 1; cfr. etiam Thesaur. Resolut. S. C. Conc., in *Theatina*, Matrimonii, 23 Aug. et 13 Sept. 1721. — <sup>1</sup> Loc. cit. — Diana, part. 9, tr. 7, resol. 50. — <sup>2</sup> De Matr., lib. 7, disp. 57, n. 12. — *Suar.*, qu. 67, art. 8, comment., i. f. — *Gutierrez*, de Matr., cap. 100, num. 7. — <sup>3</sup> Tr. 2, cap. 7, num. 36.

<sup>1</sup> De Matr., lib. 7, cap. 39, n. 10. — <sup>2</sup> De Bapt., cap. 5, qu. 26. — <sup>3</sup> Tr. 19, punct. 11, § 2, n. 14 et 16. — *Coninck*, de Matr., disp. 32, num. 40. — *Barbosa*, de Offic. et Potest. episc., alleg. 30, num. 50. — *Gaspar Hurtad.*, de Matr., disp. 18, diff. 5. — <sup>4</sup> Lib. 6, part. 1, num. 364. — *Aversa*, qu. 67, sect. 4, v. *Octavo*. — *Gobat*, tr. 2, num. 546 et 550. — <sup>5</sup> De Bapt., cap. 16, n. 16. — *Sotus*, in 4, dist. 42, qu. 1, art. 2, v. f. — *Fill.*, tr. 10, part. 2, n. 192, v. f. — <sup>6</sup> Loc. cit., num. 16, i. f. — *Trident.*, sess. 24, de reform.

153. - <sup>a)</sup> Sanchez, loc. cit., disp. 59, tertiam sententiam tenet, dicens n. 4, principalem probabilis non contrahere cognationem; et addens n. 12, multo probabilis neque ipsum procuratorem contrahere.

<sup>b)</sup> Contin. Tournely, loc. cit., v. *Colliges* 3, ita sane tenet ut « tutius »; sed subdit: « Opinio nostra, etsi verior nobis appareat, ut et communior, haud tamen certa omnino et inconcussa judicari potest; unde censemus... occurrente hujusmodi casu, ad episcopum confugiendum esse, qui in dubio dispensare potest ». — Navarrus autem, *Consil. 6, de cognat. spirit.*, n. 8; et Fagnanus, in *cap. Veniens, de cognat. spirit.*, n. 8, hanc sententiam non tuentur; perperam igitur a Collet allegantur.

<sup>c)</sup> Ita sane Toletus, lib. 7, cap. 8, n. 3: « Si intendunt contrahere » procuratores, ut ipse limitat.

<sup>d)</sup> Leander, de *Bapt.*, disp. 7, qu. 22, hanc sententiam aequè probabilem ac duas priores existimat.

<sup>e)</sup> Diana, part. 3, tr. 4, resol. 2, negat

procuratorem contrahere, et idem probabile putat de principali; quod etiam, part. 10, tr. 16, resol. 29, iterum dicit, quamvis probabilissimam existimet adversariorum sententiam.

<sup>f)</sup> Sà et Reginaldus male citantur a Concina ex Leandro: nam Sà, v. *Matrim. impedim.* dirim., n. 5; et Reginaldus, lib. 31, n. 156, tenent priorem sententiam, quae scilicet ipsi S. Alphonso probatur.

154. - <sup>a)</sup> Quin etiam absolute, ut Gutierrez; vel saltem ut probabilior habent, ut Sanchez et Suarez.

<sup>b)</sup> Croix, lib. 6, part. 1, n. 359; Gobat, tr. 2, n. 535; Aversa, qu. 67, sect. 3, v. *Quarto*, loquuntur in universum de eo qui non est designatus. — De praesenti vero casu Gobat scribit tantum: « Quodsi denique vel nullus sit designatus... putat Dicastillo... nullum ex iis qui suscipiunt contrahere cognationem. Dissentiunt alii apud ipsum ». — Aversa autem: « Si... non designati teneant baptizatum, nihil faciunt, et nullus valide tenet. Ac merito Suarez... oppositam sententiam vocat falsam ».

Tangentes baptizatum ultra designatos non contrahunt.

Si nullus sit designatus, et plures tangant, nullus contrahit juxta alios.

Juxta S. Doctorem, omnes contrahunt.

Si, designato non tangente, non designatus tangat, contrahit.

(ea deficiente) cognatio non contrahitur. — Sed oppositam, cui me subscribo, communem vocat Viva<sup>c)</sup> cum Bonacina<sup>c)</sup> et Coninck<sup>c)</sup>; et hanc tenendam dicunt Salmant.<sup>1</sup> cum Navarro, Laymann, Palao, Pontio, etc., ex declaratione S. Congregationis: hi dicunt omnes contrahere. Ratio, quia, licet concilium praescribat ut parochus sciscitetur a parentibus quem designarint, et ut puniatur si aliter fecerit: non tamen dicit susceptionem esse nullam, neque irritat jus antiquum, ut habetur in *cap. fin. de cogn. spir.*, in 6°, ex quo omnes tangentes cognationem contrahunt. Haec sunt verba hujus textus: *Quamvis non plures quam unus vir vel una mulier accedere debeant ad suscipiendum de Baptismo infantem... si tamen plures accesserint, spiritualis cognatio inde contrahitur.*

Et ob eandem rationem, idem recte dicunt auctor additionum ad Wigandt<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>3</sup> cum Palao, Cornejo et aliis (contra Croix<sup>4</sup>, etc.), etiamsi adsint patrini designati, sed alius praeter eos tantum tangit: hic solus enim tunc contrahit; quia concilium dicit eos non contrahere qui *ultra* designatos tangunt: non vero, qui *praeter*. Nam *ultra* importat quod tangant designati, et non designati; *praeter* autem importat quod tangant tantum non designati, qui a concilio non eximuntur a contrahendo cognationem, saltem non expresse, uti opus erat exprimi: alioquin in dubio possidet jus antiquum. — E con-

<sup>1</sup> Tr. 2, cap. 7, n. 37. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 39. — *Laym.*, lib. 5, tr. 2, cap. 9, n. 4. — *Palaus*, tr. 19, punct. 11, § 2, n. 9. — *Pontius*, de Matr., lib. 7, cap. 39, n. 11. — *S. C. Conc.*, habetur ap. Pallottini, v. *Matrimonium*, § 8, num. 63; et v. *Sacram. Baptismi*, § 1, num. 18 et 24. — <sup>2</sup> Tr. 11, exam. 5, cas. 8, v. *Oppositum*. — <sup>3</sup> Tr. 2, cap. 7, num. 42. — *Palaus*, tr. 19, punct. 11, § 2, n. 11. — *Cornejo*, de Matr., disp. 7, dub. 16, v. *Sed certe*. — <sup>4</sup> Lib. 6, part. 1, num. 359. — <sup>5</sup> Qu. 67, art. 8, comment., *Sed quaeres*. — <sup>6</sup> De Matr., lib. 7, disp. 57, num. 14. —

<sup>c)</sup> Viva, de *Matrim.*, qu. 5, art. 6, n. 6, communem vocat sententiam quam tenent Bonacina, de *Matr.*, qu. 3, punct. 5, § 2, n. 24; Coninck, de *Matr.*, disp. 32, n. 37, in casu dubii secundi inferius tractandi, quando scilicet plures quam unus et una sunt designati, et simul omnes tangunt, dicit communiter teneri quod omnes contrahant cognationem.

<sup>d)</sup> Nempe « si vir et femina », ut explicant Suarez et Croix.

verso, secus omnino dicendum, si tangat unus designatus, et alter non designatus; quia hic nullo modo contrahit, ut patet ex verbis Tridentini supra allatis.

Dubium occurrit 2<sup>um</sup>. *Si plures quam duo designentur, et omnes tangant, an omnes cognationem contrahant?*

Censet Suarez<sup>5</sup> quod si *successive* tangant puerum, primi duo<sup>d)</sup> tantum cognationem contrahunt. Et idem sentiunt recte Sanchez<sup>6</sup> et Croix<sup>7</sup>.

Si autem *simul* omnes tangant, Suarez<sup>e)</sup> censet nullum contrahere. — Sed Sanchez, Croix; et Salmant.<sup>8</sup> cum Pontio, Coninck<sup>f)</sup>, Palao<sup>f)</sup> ac Rebello, communis et probabilis dicunt tunc omnes designatos contrahere. Quia Tridentinum, licet vetet adhiberi plures quam duos, tamen non irritat jus antiquum, nisi cum tangant plures ultra duos designatos, non vero si tangant plures designati ultra duos. Et hoc tanto magis currit, si ex iis pluribus designatis ignoretur quis prius tetigerit; ex decreto S. Congregationis, apud Salmant.

Sed notandum hic 1° cum [Contin.] Tournely<sup>9</sup> quod si parochus injuste repellat paternos a parentibus electos, et ii infantem teneant, hi veram cognationem contrahunt. — Notandum 2° cum eodem Tournely et Bonacina, quod si parochus admitteret plures paternos quam duos, mortaliter peccaret; quia laederet praeceptum Ecclesiae in re gravi, impositum ne multiplicentur cognationes. Si vero

<sup>1</sup> Loc. cit., num. 360. — *Sanch.*, loc. cit., num. 13 et 14. — *Croix*, lib. 6, part. 1, num. 360. — <sup>2</sup> Tract. 2, cap. 7, num. 45. — *Pontius*, de Matr., lib. 7, cap. 39, num. 12. — *Rebell.*, part. 2, lib. 3, qu. 6, num. 6; et post lib. 4, Append., num. 96. — *Salmant.*, loc. cit., num. 45; cfr. etiam *Rebell.*, in cit. Append., n. 95. — <sup>3</sup> De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 4, art. 2, collig. 3, v. *Dixi*. — *Contin. Tourn.*, de Dispensat. in specie, part. 1, cap. 4, art. 2, collig. 3, v. *Dixi*. — *Bonac.*, de Matr., qu. 3, punct. 5, § 2, num. 32.

<sup>e)</sup> Suarez, loc. cit., probabile utique censet nullum tunc contrahere, sed subdit: « Sed quia res est dubia, et ab aliis hactenus hoc explicatum non est, non esset hoc facile consulendum, sed abstinendum potius ab hujusmodi Matrimonio, saltem propter dubium ».

<sup>f)</sup> Coninck, de *Matr.*, disp. 32, n. 37; Palaus, tr. 19, punct. 11, § 2, n. 11, id profecto tenent, modo parochus omnes admittat; idemque insinuat Rebello, in cit. *Append.*, n. 96.

Secus, si designatus tangat.

Quid, si plures quam duo designentur et tangant.

Designati tangentes contrahunt etsi repelluntur a parochis.

Admittere plures quam duos, lethale.

Opiniones de suscipiente nomine alterius.

Verius solus principalis contrahit.

Quid parrocho faciendum, si plures quam duo designentur.

plures patrini accedant a parentibus designati, bene poterit permittere (prout ait Croix<sup>1</sup>) ut omnes tangant: modo externe designet unum et unam, quibus tantum tradat infantem, et illos solos adnotet ut patrilinos, moneatque tantum eos cognationem contraxisse<sup>g</sup>).

155. - Quaeritur 8°. *An patrini possint esse duo mares aut duae feminae?* -

Nega. Sed probabile est cum Sanchez et Croix<sup>2</sup> esse tantum veniale; contra Bonacina et alios, qui volunt esse mortale.

Dubitatur 1°. *An patrinus masculi (si unicus sit) debeat esse masculus, et feminae femina?* - Afirmat Laymann ex concilio Nicaeno. - Sed probabilius negant Suarez, Filliuccius, Aversa, Gobat, apud Croix<sup>3</sup>; cum ex Tridentino dicatur: *Sive vir, sive mulier.*

Dubitatur 2°. *An peccent designantes ut patrilinos duos mares vel duas feminas?*

Certum est peccare tam parentes quam parochum tales patrilinos admittentes, cum sit contra praescriptum Ecclesiae. Id autem Croix<sup>4</sup> cum Sanchez putat esse tantum veniale. Bonacina<sup>a</sup> vero et alii dicunt esse mortale. Et hoc mihi verius videtur, si patrini essent diversi sexus ac infans; quia sic multiplicarentur cognationes: quod prohibere voluit Tridentinum, ut vidimus. Secus, si essent ejusdem sexus<sup>a</sup>).

156. - « Resp. III°. Valide quidem, sed « illicite sunt patrini:

« 1°. Abbas et monachus. Quo nomine « non veniunt mendicantes: etsi Laymann « omnes claustrales comprehensos velit;

<sup>1</sup> Lib. 6, part. 1, n. 350. - Sanchez, de Matr., lib. 7, disp. 57, n. 6. - <sup>2</sup> Loc. cit., n. 350. - Bonac., de Matr., qu. 3, punct. 5, § 2, n. 32. - Laym., lib. 5, tr. 2, cap. 9, n. 4. - Concil. Nicaen. I (non citat. a Laym.), Canones arabici, cap. 22. - Suar., qu. 67, art. 7, comment., v. f. - Fill., tr. 2, cap. 7, num. 160. - Aversa, qu. 67, sect. 3, v. Quinto. - Gobat, tr. 2, n. 531. - <sup>3</sup> Lib. 6, part. 1, n. 351. - <sup>4</sup> Loc. cit., n. 350. - Sanchez, de Matr., lib. 7, disp. 57, n. 1 et 6. - Bonac., loc. cit. - Laym., loc. cit., n. 3. -

g) Croix non habet ultimum hoc assertum, scilicet ut moneat tantum eos cognationem contraxisse. In reliquis concordat.

155. - a) Posse tamen esse duas mulieres, quarum altera nomine proprio, altera nomine alicujus viri suscipiat, et idem esse de viris, declaravit S. C. Conc., ut videre est

« et quoad abbates in multis locis consuetudo sit contraria ».

In can. *Non licet 103, de consecr., dist. 4*, sic habetur: *Non licet abbati vel monacho de Baptismo suscipere filios, nec commatres habere.* Licitum est vero monachis compatres fieri baptizando; ut Petrocorensis<sup>5</sup>, cum Glossa in can. *Pervenit, caus. 18, qu. 2.*

An autem nomine monachorum, veniant etiam mendicantes? - Negant Palaus<sup>6</sup>, et Salmant.<sup>7</sup> cum Coninck. - Sed melius affirmant Concina<sup>8</sup> cum Laymann, Angelo, Sanchez, Filliuccio<sup>a</sup>), Bonacina, Diana<sup>b</sup>), etc., ac Roncaglia<sup>9</sup>. Ratio, quia, licet nomine monachorum in odiosis non veniant mendicantes; tamen Rituale Romanum<sup>10</sup> id vetat omnibus regularibus, dicens: *Ad hoc etiam admitti non debent monachi vel sanctimoniales, neque alii cujusvis ordinis regulares a saeculo segregati.*

Regulares autem facti episcopi non prohibentur suscipere; ut ait Palaus<sup>11</sup> cum Laymann, Sanchez, etc., ac Holzmann<sup>12</sup> cum communi.

« 2°. Conjuges respectu conjugum, et « parentes respectu filiorum, nisi sit necessitas.

« 3°. Moribus infames.

« 4°. Apostatae et haeretici, qui nullo « casu videntur advocandi; quia ea advocatio esset protestatio quasi falsae religionis, cum non nisi de falsa fide sint « sponsuri: etsi Laymann<sup>13</sup> probabiliter « dicat, posse subinde ob gravem causam « admitti. - Catholici vero, ob rationabilem causam, infantem haeretici, bapti-

<sup>5</sup> De Bapt., cap. 7, qu. 3, v. *Abbatibus*. - <sup>6</sup> Tract. 19, punct. 11, § 1, n. 4. - <sup>7</sup> Tr. 2, cap. 7, n. 47. - Coninck, de Sacram., qu. 67, art. 7, n. 56. - <sup>8</sup> De Bapt., cap. 16, n. 15. - Laym., loc. cit., n. 3. - Angelo, v. *Baptismus VIII*, n. 1. - Sanchez, de Matr., lib. 7, disp. 60, n. 21. - Bonac., de Matr., qu. 3, punct. 5, § 2, n. 23. - <sup>9</sup> De Bapt., cap. 6, qu. 1, resp. 3. - <sup>10</sup> De Bapt., tit. de Patrilinis, i. f. - <sup>11</sup> Loc. cit., n. 4. - Laym., lib. 5, tr. 2, cap. 9, n. 3. - Sanchez, Decal., lib. 6, cap. 6, n. 24. - <sup>12</sup> De Bapt., n. 163. - <sup>13</sup> Loc. cit., n. 7.

ap. Pallottini, v. Sacramentum Baptismi, § 1, n. 17.

156. - a) Filliuccius, tr. 15, n. 14, de privilegio fori (non de Baptismo) tractans, ait sub nomine monachorum omnes religiosos comprehendendi.

b) Diana, part. 9, tr. 6, resol. 32: « At

Nomine monachorum veniunt quilibet regulares.

Excipiuntur regulares facti episcopi.

Alii qui prohibeantur.

Apostatae et haeretici.

« zante praedicante, suscipere possunt, « saltem in Germania. Laymann<sup>1</sup> ». Et Croix<sup>c</sup>) consentit cum Gobat<sup>c</sup>) et Tamburinio<sup>c</sup>), si per hoc nullo modo approbetur ritus haeticorum contrarius fidei (contra Navarrum, Lessium, etc.).

An autem ex gravi causa adhiberi possit patrilinus haeticus? - Afirmat Laymann, et consentit Palaus, si aliter oriretur gravis offensio<sup>d</sup>). Sed communius negant<sup>e</sup>) Tanner et alii, apud Croix<sup>2</sup>.

« 5°. Plures quam duo. - Quia Tridentinum non nisi unum, aut ad summum « unum et unam permittit, propter cognationem spirituales inde oriri solitam. « Arbitrio Ordinarii infligenda, ut si plures « se offerant, petant ab his ad quos spectat « patrilinos designari, ut unum vel duos « nominent, eosque tantum admittant, qui « soli cognationem contrahant, eorumque « nomina in librum referant, eosque de « contracta spirituali cognatione instruant: « scilicet, quod ea impediatur dirimatque « Matrimonium, non quidem inter se, sed « inter ipsos et baptizatum, ejusque patrem « et matrem; sicut etiam inter baptizan-

« tem et baptizatum, baptizatique patrem « et matrem. Excipiuntur tamen parentes, « quando propriam prolem suscipiunt in « necessitate. - Vide Laymann<sup>3</sup> ».

157. - Quaeritur hic: *an duo conjuges possint licite suscipere alienam prolem?* Negat Suarez<sup>4</sup>, ex constitutione Urbani II relata in cap. fin. [caus.] 30, qu. 4, ubi dicitur: *Sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe et infamia conservetur immunis, dignum esse decernimus, ut utrique (conjuges) insimul ad hoc aspirare minime praesumant.* Censet tamen Suarez id non esse plus quam veniale; ex verbis illis *dignum esse decernimus*, quae videntur solam decentiam inducere<sup>a</sup>). - Sed nullum esse peccatum probabilius et cum communissima docent Navarrus<sup>5</sup>, Sanchez<sup>6</sup>, Bonacina<sup>7</sup>; et Salmant.<sup>8</sup> cum Coninck. Ratio, quia jam consuetudine introductum est hoc esse licitum. Idque expresse docet D. Thomas<sup>9</sup>, ubi ait: *Nihil prohibet quin vir et uxor simul aliquem de sacro fonte levarent.*

158. - « Unde resolves:

« 1°. In privato Baptismo ob necessitatem dato, pater non debet suscipere

Duo conjuges probabilius licite suscipiunt alienam prolem.

Notanda ex Busenbaum.

<sup>1</sup> Lib. 5, tr. 2, cap. 9, num. 6. - Navar., Consil. 1, de constit., n. 67. - Lessius, Auctar., v. *Baptismus*, cas. 1. - Laym., loc. cit., n. 7. - Palaus, tr. 19, punct. 11, § 1, n. 9. - Tanner, tom. 3, disp. 1, qu. 7, n. 125. - <sup>2</sup> Lib. 6, part. 1, n. 373. - <sup>3</sup> Loc. cit., a. n. 3. - <sup>4</sup> Qu. 67, art. 8, comment.

v. Secundo. - Suar., loc. cit. - <sup>5</sup> Man., cap. 22, n. 39. - <sup>6</sup> De Matr., lib. 7, disp. 57, num. 5. - <sup>7</sup> De Matr., qu. 3, punct. 5, § 2, n. 5. - <sup>8</sup> Tr. 2, cap. 7, n. 51. - Coninck, de Sacram., qu. 67, art. 7, n. 58. - <sup>9</sup> In 4, dist. 42, qu. 1, art. 3, solut. 2, ad 4.

ego, inquit, utramque sententiam probabilem puto ».

c) Croix, lib. 6, part. 1, n. 370, consentit cum Laymann; et pariter Gobat, tr. 2, n. 565. Tamburinius vero, lib. 2, de Bapt., cap. 4, § 2, n. 8, requirit gravem causam; et praeterea, ut patrilinus addat « protestationem, qua significet se suscipere ad ritum Ecclesiae Romanae. Sed solus Croix (cui consentit Tamburinius, ut ex relatis liquet) addit restrictionem: *Si per hoc nullo modo, etc.* - De his autem adsunt declarationes S. Officii. Et primo quidem a S. C. quaesitum fuerat: « An debeant schismatici, haeretici, qui catholicorum sunt hostes infensissimi, ratione alicujus particularis amicitiae et familiaritatis permitti, ut patrini fiant catholicis in sacramento Baptismi et Confirmationis; et catholici vicissim illis? Et S. C., die 14 Octobris 1676, respondit: « Non posse ». - Item eadem S. C., die 10 Maji 1770, declaravit: « Absolute..... non licere, nec per se nec per alios, fungi officio patrini in baptismis qui haeticorum filiis ab haeticis ministrantur ». - Denique S. Off., in sua Instru-

ctione 5 Julii 1878 ad Ordinarios Brasiliae, de massonibus haec decrevit: « Omnino prohibendum est ne massones notorii officium patrini in sacramento Baptismi vel Confirmationis suscipiant. Illi enim, quatenus adhaereant sectae ab Ecclesia damnatae, minime idonei sunt procurandae, si opus fuerit, educationi christianae spiritualium filiorum ».

d) Vel etiam, addit Palaus, si timor adsit ne parentes deferant baptizandum ministro haeretico.

e) Et huic negativae sententiae adhaeret S. C. S. O. Declaraverat enim S. Poenitentia, die 10 Decembris 1860, posse ad munus patrini admitti notorie censuratum, si ex ejus rejectione gravia damna imminere viderentur. Hinc a S. C. S. O. quaesitum fuit: Utrum haec declaratio etiam ad patrilinos haeticos extendi possit. Cui quaesito, die 3 Maji 1893 respondit S. C.: « Negative, et praestare ut Baptismus conferatur sine patrino, si aliter fieri non possit ».

157. - a) Et ita etiam Suarez ait facile excusari posse ab omni culpa, si consuetudo contraria recepta esset.

« aut tenere tamquam patrinus infantem; cum in hoc casu nulla sit patrini necessitas. — Ideoque, si id vel tunc, vel etiam in Baptismo publico temere faciat (idem est si prolem suam ipse baptizet), graviter peccat. Et insuper contrahit in posteriori casu cognationem cum conjugee; atque, ut docet Sanchez <sup>a)</sup> et alii communiter, privatur jure petendi debitum. Quod tamen negant Coninck et Diana <sup>1)</sup>. Vide Bonacina <sup>2)</sup>, Escobar <sup>3)</sup>, ubi citat Suarez negantem <sup>b)</sup> ». [Et quidem probabiliter: vide dicta n. 150].

« 2°. Si inter multos patrinus nulli certi a parentibus, aut in eorum defectu, a parochio designentur, qui aliis seclusis cognationem contrahant, et sic multi ex ignorantia, vel parochi negligentia levent; probabile est omnes contrahere cognationem (nisi tamen assistant tantum et non tangant). Vide Laymann <sup>4)</sup>. — Diana <sup>5)</sup> tamen ex Suarez, Maeratio et Perez dicit eo casu nullum contrahere cognationem ». — [Vide dicta n. 154].

159. — « 3°. Parochus graviter peccat: 1°. Si ex negligentia frequenter omittat nomina baptizatorum referre in librum:

Coninck, de Matr., disp. 34, dub. 8, n. 69. — <sup>1)</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 3. — <sup>2)</sup> De Matr., qu. 4, punct. 2, n. 3 et 4. — <sup>3)</sup> Tr. 7, exam. 2, n. 60, (ed. Lugdun. s. d.; in aliis, n. 13 post init.). — <sup>4)</sup> Tr. 2, cap. 9, num. 4. — <sup>5)</sup> Part. 9, tr. 7, resol. 50, v. f. — Suar., qu. 67, art. 8, comment., i. f. — Maerat., de Matr., disp. 9, sect. 9, v. Unde concluditur

158. — <sup>a)</sup> Sanchez, de Matr., lib. 9, disp. 26, n. 7, ut probabilius habet eum privari jure petendi; contrariam tamen opinionem probabilem existimat ac tutam.

<sup>b)</sup> Vide pro Suarez notam c ad n. 150.

159. — <sup>a)</sup> Quintanadvenas, loc. cit., n. 4, de culpa hac scribit: « Esset forsitan lethalis ».

<sup>b)</sup> Diana, loc. cit., resol. 51, hoc modo loquitur: « Nonnulli tamen solum venialiter peccare existimant. Et omnia observat haec etiam Serra... et Perez ». — Et re vera Martin. Perez, loc. cit., n. 4, dicit « verisimilius » esse mortale, quasi insinuans his verbis contrarium esse probabile. — Serra vero, in 3 Part., qu. 67, art. 7, i. f., dicit alios existimare esse mortale, nonnullos tamen solum veniale.

<sup>c)</sup> Croix haec dicit de Baptismo absolute collato; et citat Gobat. Ceteros vero auctores citat pro Baptismo sub conditione collato, in quo negat adhibendum esse necessario patrinum; et ita profecto tenent Gormaz, de Bapt., n. 53; et Quintanadvenas, tr. 1, singul. 18, n. 1.

« tum ob legem Tridentini in re gravi et sub poena gravi; tum ob incommoda et damna inde sequentia. Quintanadvenas <sup>a)</sup>. — 2°. Si ejus culpa patrini plures adhibeantur. Quintanadvenas <sup>a)</sup>. Ac licet Perez <sup>b)</sup> et Serra <sup>b)</sup>, apud Diana <sup>b)</sup>, dicant « esse probabile quod tantum peccet venialiter, alii tamen mortalis eum damnant ».

Peccat etiam graviter parochus baptizans solemniter sine patrino, cum haec sit de praecipuis caeremoniis <sup>c)</sup>. Croix <sup>7)</sup> cum Gobat, Gormaz <sup>c)</sup>, Bonacina <sup>d)</sup> et Quintanadvenas <sup>c)</sup>. — Sic etiam graviter peccabit, si admittet ad Baptismum patrinum non designatum, ut dicunt praefatus auctor additionum in Wigandt <sup>8)</sup>; et Tournely <sup>e)</sup> cum Bonacina <sup>f)</sup>, Hurtado <sup>f)</sup>, Barbosa <sup>g)</sup>, Beja et aliis. Et hoc ex praecepto Tridentini <sup>9)</sup>, ubi dicitur: *Parochus, antequam ad Baptismum conferendum accedat, diligenter sciscitetur ab iis ad quos spectabit, quem vel quos elegerint, etc.*

160. — Hic autem ultimo notandum ex Rituali Romano, parochum post datum Baptismum debere 1°. Adnotare in libro

quod si. — Martin. Perez, de Matrim., disp. 29, sect. 5, num. 9. — <sup>5)</sup> Tr. 2, singul. 11, a n. 3. — <sup>7)</sup> Lib. 6, part. 1, n. 348 et 349. — Gobat, tr. 2, n. 522. — <sup>8)</sup> Tr. 11, exam. 5, cas. 8, v. Resp. ad 1. — Beja, part. 2, cas. 4. — <sup>9)</sup> Sess. 24, de reform. Matrim., cap. 2. — Rit. Rom., Ordo bapt. parvul., i. f.

<sup>a)</sup> Bonacina, de Bapt., qu. 2, punct. 7, n. 18, scribit haec generatim: « Ritus, quamvis accidentales, non posse omitti absque peccato ex suo genere mortali ».

<sup>c)</sup> Contin. Tournely, de Bapt., cap. 6, qu. 4: « Parochus, inquit, sciscitari debet qui sint ad suscipiendum electi, eosque solos admittere ».

<sup>f)</sup> Bonacina, de Matr., qu. 3, punct. 5, § 2, n. 27, negat ad parochum pertinere patrinum designationem, quando parentes jam designarunt. Non aliud. — Et pariter Gaspar Hurtadus, de Matr., disp. 18, diff. 4, n. 14, ait designationem patrinorum ad parentes aut ad alios quibus incumbit cura baptizandi pertinere; in eorum vero defectu, ad baptizantem; et n. 16, Tridentinum statuisse quod parochus non admittat in patrinum, nisi designatum ab illis ad quos id spectat. Non igitur satis accurata est citatio a Collet facta.

<sup>g)</sup> Barbosa, in Trid., sess. 24, de reform. Matr., cap. 2, n. 34, doctrinam hanc ex Beja affert nec reprobatur.

nomina baptizati ejusque parentum ac susceptorum. — 2°. Monere patrinus de cognatione contracta eorumque obligatione. — 3°. Inculcare matribus et nutricibus ne decumbant cum infantibus ob periculum suffocationis. Notat vero [Contin.] Tournely <sup>1)</sup> cum Barbosa, Anacleto, Pi-

rhing, etc. communiter, quod *si talis cubatio omni culpa caret, uti contingere potest, si v. gr. lectus est latus, puer implacabilis, qui aliter a frigore defendi non possit, et mulier in somno suum retinere soleat situm ac locum, omnis poena cessabit.* Ita [Contin.] Tournely.

<sup>1)</sup> De Bapt., cap. 6, qu. 5, i. f. — Barbosa, in Decretal., lib. 5, tit. 10, cap. 3, num. 2. — Anaclet., Jus canon., lib. 5,

tit. 10, num. 11. — Pirhing, Jus canon., lib. 5, tit. 10, num. 8.

Baptizare solemniter sine patrino. lethale.

Item, admittere patrinum non designatum.

Servanda a parochio post Baptismum.